niſtriſ ait . Tu inquit bene
canta . frequēta canticum.
Et itez ſcriptura ait . uoci
ferabunt leuite . & ego ex
audiam eoſ . Veruȝ heu heu
dixerim cecidit corona de
capite eorum. et cantuſ illo
rum uerſuſ eſt in luctū qui
a carmen lugubre in ore eo
rum. Cātores ſiqdem mo
derni in eccleſia nec canūt
deo laudes . nec ut alii eaſ
ꝑſoluant eſitiunt . Quos cō
minatur ſcriptura inquienſ
non claudes ora canentiuȝ
deo enim gratum eſt obſe
quium eorum . Hi ex offiti
o canere debent domino: q
bona tribuit ſibi . Di nequa
quam dicere poſſunt . exal
tabuntur labia mea cū can
tauero tibi . Quomō eniȝ ta
cent quiatntare iubentur.
Quibuſ ꝓpheta ait . pſalli
te domino in uociferatione.
Cantant plarumqꝫ . ſed nō
cum grauitate & modeſtia
Qui utinā ex eoz numero
eſſent qui dicere poſſent.
in populo graui laudabo te
Non enī cantat domīo qui
ex corde non pſallit. cuiuſ
uie impꝛe ſunt & ad ſecula i
a debacantꝰ: Quē et ſimileſ
aliuſ ꝓpheta ſignat inqēs
uoceſ et uictime impiorum
non placnnt domīo . Et ite
rum Cantica eoz quaſi pa
niſ lugentium . Et rurſum
alibi . Non pſallebāt ad me
in corde ſuo miniſtri altaiſ
ſed ululabant incubilibꝰ ſu
is Quomodo enim eccléſie
cantores ſeptieſ in die lau
dem dicunt domino qui uel
nā ſemel ī gr̄deretur Quip
pe uerecundū hodie putāt
canere domino . qui canto
reſ appellari geſtiunt . Op
poſitum apponunt ī ob iec
to & monſtro ſimile temp
tant cum cantores eſſe uo
lunt & cantare dedignan
tur non igitur canētes aut
pſallentes . ſed potius ſilen
teſ dicantur . q̄re nec ut ca
nenteſ manducent : quip
pe ut ſilentes mendicent .
Magna itaqꝫ miſteria . ma
gna calamitaſ . ſed & mag
num piculuȝ eſt id negligē
quod ſunt. et ita agere ne
nomen conſonet rebuſ Ca
nebant enim antiqui eccle
ſie miniſtri . ſed diuerſo cal
le . Nonulli enim pſallebant

cum gaudio .quia ſuum per ſoluebant miſterium quos rex et propheta ſignat in quiens exultate iuſti in domino .quia rectos decet decantatio .Alii uero cãtabãt domino corde & uoce nec eos tenabat pſallendi faſtidium quos delectabat perueniẽdi d ſidriũ Sic cãeba dauid inqẽſ .cãtabiles erãt iuſtificationes tue in omni tempore ; Hos certe cantores .laudat extollit & commendat ecclesia .non utiq; eos qui totu; pſallendi finẽ in uocis dulcedine collocãt Qua de re ſancti uiri ſapiẽtes diuerſas circa ecclesie cantum tulere ſententias Athanaſius eni meditans cantilenas animas hominũ plerumq; inanes uanoſq; efficere poſſe .canẽdi uſum in ecclesia interdixit .Meminerat eni ſanctus uir canendi delectationem uanos nonnumq; gignere cõceptus .memor multorum nominatorum principum .qui incredibilem curam uocis habuere .uelut de gaio ceſare legimus ;Taceo de nerone qui ultima uite ſue hora prima inter querelas q̃s ꝓpinqua mors afferebat .illa fuit .non q; tantus princeps .ſed q; tãtus muſicus ꝑiret . Verumtamen beatiſſimus preſul ambroſius pietatis appetẽs diuiniq; cultus auctor et inſtitutor .ut in ecclesia caneretur inſtituit Aurelius uero auguſtinus utrumq; ſe paſſum ait difficileq; negotium iudicauit ut in libro confeſſionũ aſſeritur . Adde que dicemus cũ de canonicis agem9 .Qui igitur aures habet audiendi audiat .ac ſi inter tanta pericula conſtitutus ſecure incedere cupit agat iuxta ꝑcepta ſui gradus .nec uſq; erit ei finis prauus

Capitulũ decimũſextu; de dignitate & honore officii theſaurarii uel cuſtodis ecclesie .et de his que ad eũ ꝑtinent .

Demũ de plurimis oneribꝰ et calamitatibus . afflictionibus defectibus . et periculis illorum qui talia beneſitia habent

Theſaurarius ſiue cuſtos ꝑcipius quadam ꝑrogtiuã ac

honoris preeminentia i sacro sancta ecclesia fulget. Illorum enim dignitati & offitio basilicarū primo ī cūbit custodia & tuitio hostiarioꝝ institutio. luminarium in cē sio & pparatio. Cura deni qꝫ confitendi cōseruandiqꝫ baptismatis dirigēdi baptisterii: Vasorum quoqꝫ sanctorum ac sacerdotaliuꝫ uestium: necnon sacraꝝ reliquiarum. et tandem totius ecclesie thesauri ad eū principaliꝰ ptinet custodia. sꝫ et inter ecclesie ministros p modo obsequii & psonarum differentias redditus et oblationes diuidit. Merito igit̄ sancta sinodus id ipm dignitatis offitium ut unaꝫ ecclesie columnā summo studio eligendam honoriqꝫ habendaꝫ decreuit ut nullus in ea nisi sanctior & melior ordinet̄. Sed ordo exigit policitus ut hꝰ dignitatis onera afflictinoes et pericula breuissīe audiamꝰ In primis igitur sacriste siue thesaurarii ecclesie ā cui usuis reipu. recte stomacho corporis naturalꝰ comparātur. Veluti enim stomachus recipit quippe & conseruat summa diligētia alimēta humano corpori ńcessaria que tamen refundit uirtualiter et effectualiter in membra singula. nec alitē thesaurarius conseruat ecclesie thesauros. et sua dispositione expensaruꝫ subsidia infundunt̄. aut in erārium ecclesie. aut in singuloruꝫ necessitates pricipis aut cōmunitatis iussu. Et ueluti stomachus pestifer est q multa ŕcipit et recepta minime refundit in membra peorum nutrimento. sic thesaurarius aut ecclesie custos multa ab ecclesia recipiens et non cōseruans nec equalieer p singulorū utilitate distribuens. pestifer est. multosqꝫ morbos in corpore ecclesie generans Et de talibus ait hieremias uentrem meum doleo. Et iterum isaias. transgressorem ex uētre uocaui te. Si uero fideliter conseruat. atqꝫ pmembrorum et psonarum ecclesie qualitate et p sidentis dispositione utilit distribuit. tamqꝫ saluberrimus cōmendādus est. Hic

policratus recitat fictam sed facetam ac utilem fabulam de altercatione et discordia inter mébra et stomachum eo quod ille deuorabat omnes labores eorum Nam ut ait ecclesiasticus. omnis labor hominis in ore ipsius. tandé cum uenissent ad iuditium coram ratione que erat iudex et ratio iudicasset mébra nihil debere dare stóacho: ilico membra debilitata sunt et tremores in cunctis membris aderant quare eisdem membris. cóquerétibus iterum ratio iudicauit ut alimenta stomacho a mébris ministrarentur: Quo facto mébra refocillata sút. et pax confirmata est. Et ob rem policratus subdit quod thesaurarii ecclesiarum et qui principatum tenent eraria non sibi sed cómunitati et totius cóporis reipublice coacerbare debent thesauros ipsos et ecclesie rdditus Si enim aut sibi tenaciter conseruat aut nimis largitate exinnanitus fuerit. nihil habebit quod ministris et ecclesie membris distribuat. Sed iam spetialius ad huius offitii labores. difficultates incommoda atque pericula descendamus. Thesaurarii itaque siue custodis dignitas fateor perdulcis est. Idque eius nomen iudicat ab auro dictum. nec mirú si nomen delectet. cuius ré mortales tam auide perquirimus. De lectantia certe nomina. sed difficilia offitia si recte gerantur. alioqui piculosa plurimum atque mortifer: Iocúdumque nomen. sed mestus effectus atque pmtum periculum si reddéda est aliquando de receptis ratio. Taceo de neglectu. cum scriptum si maledictus homo qui agit opus domini desidiose Basilicarú igitur sacrorumque utensilium ac uniuersi ecclesie thesauri custodia atque illi uni pchpudor tuitio sue recunde cómtititur. qui plerumque sui non rectá gerit custodiam. qui aut puer est aut minus ad id idoneus nec satis notus. Et quod periculosius est. cui nec etas nec ingenium. nec mores nec industria ad parue domus custodiam satis sufficeret. matricis principalisque ecclesie

templa non modo turribꝰ munita, sed sacris ꝓciosisq; iocalibus ditissima illorūq; conseruatio intrepide cōmādātur. Mira confidentia aut magna dementia. miranda facilitas. aut stulta securitas. Vereor ne hi sint illi custodes. q̄s daniel signat inquiens Custodes tui quasi locuste. Sed oro quo pacto luminaria in ecclesia accendent. ne lucis in domo dei desit splendor. qui semper obscuri existunt. Ant q̄modo qui dormiunt ī tenebris et umbra mortis aliis lucebunt. Quomō rursus sacra tuetur. qui ꝓphana intuetur. Quomodo reliquiarum sanctarū ꝓciosa pignora uenerabitur. qui titulum ñ uidit. ñc eiꝰ auris audiuit nec ī cor ascēdit cē reliquiis et ueneratione sanctorum Quomodo dominicum corpus reuerēter tenꝫ. qui spurciis adheret. Quomodo sollerter ꝓstabit exactā custodiam ceterarum rerum spiritualiuꝫ. cui assidua est cura rerum secularium. Adde cui saacrariuꝫ carcer est. altare exilium. Jubentur sibi dem custodes ut ī libris numerorum legitur excubare ī custodiis tabernaculi quippe custodiam contra custodiam diligentissime adhibere: sꝫ hi ut alii filii heli cōcubinas mittūt ad custodiam domus dei. deniq; redditus ac oblationis thesaurarius recipit. quas utinā eq̄lance diuideret. sꝫ forte male dixerim. diuidunt inquā sꝫ non ut apostoli ꝓ ut unicuiq; opus est: sed habenti dant et nō habenti subtrahunt id quod habere debebat. nonnunq̄ uero non seruienti. sed absenti tribuūt Diuidit mq; a fratribus nō a se sic partes distribuunt. ut totum retineant. expensas graues desalcat. qui lucra sensit. non parua damna supportat. qui ultra fortem extorsit. et more ꝓditoris dispensatoris: sacruꝫ de sacro eripit. atq; dignitatis emolumētum ī sacrilegium uertit. Ex q̄bus hꝰ offitii defectus calamitates et ꝑicula facile conspities. Si igitur aures habes audiendi audias. et inter tot discrimīa et ꝑicula ueriatꝰ sis.

ꝓuidus. Tutꝰ enĩ ĩ hac uia gradieris ·si qđ ordo requirit sequeris

Capitulum decimumseptimum đ dignitate et ꝓrogatiua offitii scolastici ĩ ecclesia·et de his que ad hoc offitium spectant ·Demuȝ de pluribus oneribꝰ afflictionibus et calamatibus ac defectibus et piculis scolasticorum

Colastici offitium siue dignitas non modo honoranda sed summa necessaria ĩ ecclesia fore·dignoscitur Ut enĩ ait honorius in canone scolaꝝ magistri uelut stelle ĩ perpetuas eternitates doctrine lumen infundũt Hos merito ecclesia honorat.ꝓbendis atq̧ redditibꝰ non modo ꝓmiat · sed ditat .ut ĩ unaquaq̧ cathedrali ecclesia clericos et ceteros scolares paupes gratis instruant·Quare illa ea de re opulenter ꝓuidet .ut et docentis reueletur necessitas :et uia pateat discẽtibꝰ ad doctrinam Sed huius offitii calamitas affectus afflictio et piculũ breui audire libet. Atq̧ in primis scolasticꝰ q a sapiente scola nomẽ trahit ·nequaq̃ ut puto tã fastuoso nomĩe oblectaret̃ si uera sapientia fulgeret ut eniȝ inquit laureatus poeta non eget titulis sapiẽtia solida ꝑ seipm clara est·Quis lucernam ut uideat̃ soli adhibet . Pluri scolastici doctoris aut magistri dignitate in signiti.cum his titulis obscuris et absq̧ illis clarissimi euasere .Sed uerũ est q̧a hodie mortales titulos querunt non rem. laudem petunt.ꝓmium certe mane exiguum atque sordidum Que res egẽtis ĩgenii signum est:q a umbris gloriari ac opinione non ueritate duci uolũt.Rursus necesse est illud noscat qui scolastici dignitatẽ assuit ꝑa docẽdi nõ lasciuiẽdi nomẽ assumit ·Docere enim eum oportet non nuda literarũ ĩstrumenta :sed morum ꝑclara documenta ut qđ docet in se teneat ·Sed ꝓhdolor assumũtur qdem scolastici in hac tempis tempestate ad huiusmodi ecclesie offitiuȝ ut honoris assequant̃ dig

nitatē .licet nullā scientie habeāt facultatē. Appellantur q̄ nō sunt·nec umq̄ꝫ dıdicerunt qd̄ docere contēdūt & qd̄ uerēcūdius dicā & piculosius est . qui nusq̄ꝫ scolas uiderūt·scolas regē pfitenē .Magistri uocātur ·q nondū fuerūt discipuli. aut si uelis magistri sūt erroris qui nunq̄ꝫ fuerūt discipli ueritatis·pitiā docēdi pollicētur.·q apte ignorantiā consitenē facūdiā dicēdi ꝭ offitiū exigit .qui barbarismis utunē ·Subtilitatē denicꝫ sacras īterptādi scripturas ea dignitas exqrit.·q utinā simplicē intelligerēt literā Magna certe miseria·magna est magistri ꝯfusio:id ignorare qd̄ uocari delectat. ut recte ei apostolꝰ dicat q̄ aliū doces ·teipm nō doces Hos quidē ignorātie pcep tores monet sapiens cū ait anteq̄ꝫ loq̄ris et doceas ·disce audiēdo·Quid enī tam turpe q̄ꝫ pfiteri artē quam nō nouit .Et ī eam cōmittē que eū decorat .Taceo eorum mores omī sane doctrine aduersos·cū dicat boetius. uas putridū corrumpit aquas :et omīs doctrīa uilescit et ignomīosa uita docētis·Sed utinā qd̄ p se nō ualēt.p doctos pbosq̄ꝫ uicos explerēt .Sed uerꝫ est q a ꝭ habꝫ omīs ignorās .ut tales ceteros appetat.doctos q̄ꝫ psequaē:q a ñ facile p ceteros explet .qd̄ ipe odeit Qui igiē habes aures audiēdi auditat . atq̄ꝫ īter tot calamitatū & defectuū picula cōstitutꝰ sit cautꝰ·quia nulla ei nocebit aduersitas :si nulla domīaē iniqtas

Capitulū·xviii.de pemi nētia & utilitate offitii archipsbiteri·& quante sit ueneratiōis·& de his que eis cōpetūt .Demū de pꝑimis oneribus & afflictionibus defectibꝰ & pmtis piculis archipsbiteroꝝ

Rchipsbiter ñ parū honoris et prog̃tiue g̃dū ī dei ecclesiā obtīet .Hic eniꝫ maior psbiteroꝝ diciē.quia illis p est et ī eos iurisdictionē et cohertionē exercet.cui uisitatō ut sacri habēt canones aliquādo psonaꝝ .r̄gularitē uero ecclesiaꝝ ac fabrice cōpetit·Sꝫ et qua deuotionē

quo ue ordīe baptismi cete
racq̃ a p̄sbiteris ɔferant̄. sa
cramēta cura ei ptīet. Hic
ex singlari progatīa absē
te episcopo missas solēnes
ī ciuitatib9 celebrabat. Sa
cerdotesq̃ ad missas et di
uīa offitia de cātāda depu
tat Hic largo nomīe plat9
licet ruraľ nuncupat̄. mag
na certe dignitas. cui mag
na cōmittunt̄. Uerum q̄n
ta sit huius offitii et status
calamitas. quāta afflictio.
quātum piculum: ex eo cō
spicere libet. quia ip̄e archi
p̄sbiter qui maior p̄sbiterō
nomīatur nomē solum reti
net. rem autē diu pdidit.
atq̃ utinā ceteris p̄sbiteris
non mīor esset uita et ido
neitate. ip̄e qui gaudet no
minis maioritate. Maiōes
sunt ut potestatē exerceāt
nō q̄dē in rectitudīe et hui
litate. sed ī rapinis supbia
et abusione. sacō4 est archi
p̄sbiteri nomē s3 exercēs p
fang9 clar9 titul9 obscurāres
Magna c̄te calaītas est ex
dulci fauo amaritudīe3 fun
dere. Visitat archip̄sbit̄: q̄
plerūq̃ uisitād9 esset. cor
rigē ɔtēdit. q̄ ad uitia tēdit
ecclesias uisitat. ut eas spo
liet. ñ ut orn3. fabrice curā
gerit. s3 dom9 sue ñ muro
rū tēpli. Hi sūt q̄s pphetа
ɔmēorat. suscitabo pastorē
qui delicta nō uisitet. Adde
q̄ a si uisitāt ñ quidē in uirḡ
iniq̄tates subdito4. ā ī uer
berib9 pctā eo4. nec ea ui
sitacōe qua scriptū est. r̄qui
ram oues meas. et uisitabo
eas sic̄ pastō uisitat oues su
as. sed uisitant bursas. pal
pāt delicta q̄ merito audi
ent uos dispersistis gregē
deiecistis eos et non uisita
stis. quod crassum est come
distis. q̄ infirmum non uisi
tastis: quare inquit prophe
ta. uisitabo preuaricationes
sion. Et iterum. uisitabo
super uiros defixos fecibus
uoluptatis: uidelicet et aua
ritie. Qui igit̄ habet aures
audiendi audiat. et in tan
tis periculis constitut9 sit
cautus. agat iuxta eius of
fitia īcumbētia. uitabit cūc
ta discrimīa nocētia

Capitulū: xix. de p̄rog̃
tīa et magna utilitate offi
tii canoīco4. et q̄nti sit ho
noris et reputatiōis et q̄d
eis congruat. Demū de in

numerū huius statꝰ oneribꝰ et afflictionibꝰ defectibus et periculis

Canonicꝰ sicut hone stū habꝫ nomē. sic saluberimū ī eccle sia misteriū gerit· dictꝰ est enī a canone uel regl'a que cūcta ordīat et dirigit. Ca noīci itaqꝫ r̄gl'ati & discipli nati dicūt̄· qppe q̄ sua elec cōe regulacōe ac disposicio ne epus eligitur: qui est uer tex & norma cꝰlibet eccle sie. qui & secūdū sacros ca nōes cūctoꝝ est pordiator Hec ab re scti patres cano nicos ꝯsiliarios episcopi fo re decreuerūt q̄re ī corpore r̄ipub· cōdi r̄cte ꝯparāt: nā ueluti a corde ī corpe natu rali ē uita et r̄gimē: sic a ca noīcꝭ ep̄scopū eligētibꝰ & ei ꝯsulētibꝰ r̄gimē et omni uꝫ pene ī ecclesia agēdoꝝ regimē et directio ꝓcedit· que res agit ut n̄ pua sit ca noīcoꝝ honoꝝ et tituli ꝓro gatia. q p̄mū ī eccīa ḡduꝫ eligūt sibi et dirigūt· quare hꝰmoī status et uite forma n̄ mō honoꝝ. sꝫ et emolumē tiī dei eccīa plimuꝫ habet Demū hic uiuēdi modꝰ trā quillꝰ atꝫ securꝰ ad modū est· nullā curā aīaꝝ sarcinā habēs. quo fit ut mior doct̄ ne atqꝫ etatis idoneitas ei suffice uideat̄· Adde q̄ a li b'tatē obtīet sa cꝫ nec ad sa cros āta t̄ ordīes· qppe qui bꝰ ad seculū r̄dire et s̄ꝫ fāc to uiuē matrmoīo libet De rū hꝰ uite miseias crutiatꝰ et defectꝰ. calaītates et pi cl'a tu ipe audi· q̄ tā libēter hꝰ statꝰ dultia auscultasti. In p̄mis itaqꝫ canoīcꝰ qui ut ais nomē a regl'a traxit an s̄ꝫ regl'a uiuat orō ꝯside ra atꝫ hic r̄pete q̄ sup̄ d̄ epi scopis et ceteꝝ cleicꝭ ī ꝯmu ni dixiꝰ· xii hꝰ libri capitu lo Demū q̄ pacto canoīcus a r̄gl'a dicat̄ ignoro. q̄ ca noice sub r̄gl'a n̄ uiuit .. qui ut cetera taceā s̄m regulas canonū· pl'es p̄bēdas obti nēt· et unꝰ ipe plimoꝝ for sā melioꝝ loca occupat· q p pe cū n̄ satꝫ ut unꝰ s̄uiat dā nabilit̄ mltoꝝ s̄uitia īterci pit· Demū q̄nto libeiores sūt canoīci. tāto licētius in plima debacātur uitia· nec una un isufficit mulīecula. n̄ r̄tētā ī domo habat ut uxo rē ꝯcubīas uero et adolescē tulas q̄rū non est numerus

Sed & quō sub regłā uiuāt nō uideo.q epīſ nō obedīūt reſiſtūt.ſepeq̄ꝫ ī eos ꝯſpirāt armaq̄ꝫ mouēt. atq̄ꝫ n̄ iuſte ab eccīe pncipibꝯ puniunt̄ iuſte ſe ſeculi pncipibꝯ ſede rant̄.ſed & famulant̄.Et ut paucis agā.in tribꝯ locis ca nonici uerſāt̄ officiū.ī altari uidelicet.ī choro.ac in capi tulo In altari īquam reuerē tia exq̄rit̄: In choro hone ſtas & diuioꝝ deuota decā tacō.In capitulo moꝝ corre ctio.ac agendoꝝ unitas & utilitas.Pro hys canoīci in altari irreuerētiā uendicant ī choro diſſolutionē: ī capi tulo lites. Ad altare inquam irreuerēter accedūt.q ut ait Hugo licet ablutis manibꝯ lota facie.albis ueſtibꝯ.app pinquēt.tñ puerſo ope.pol luto ore.īmundo corde.xp̄i corpꝯ. ſacra uaſa ptīgere nō erubeſcūt.deniq̄ꝫ ad alta re accedit elatꝯ ad humileꝫ iratꝯ ad mitem.crudelis ad clementē.accedit ſeruus ad dominū nō caritatis ſupne amor̄.ſꝫ pdēdi tpalis ſtipen dii tiore.nō deuocōe ſed coa ctione Accedit rurſꝯ turba tꝯ ab aliq̄.aut alios turbans

Accedit īquam canoīcꝯ ad altare uanus.curioſꝯ.uolup tati ſubditꝯ Accedit ad mē ſam xp̄i.nō niſi aliq̄d tpali ter accepturꝯ.ſꝫ ueꝝ eſt q̄ a acceſſit ad Jheſū Petrus. tñ acceſſit & Judas. ſed q̄ pacto deuote accedent q̄ le gem dn̄i neſciūt nec diſcūt. Uacāt eī ocio & cōmeſſacō nibꝯ.nō libris.nō cōtēpla tioni.nōn utili actōni ſtudēt terrenis inhiant.tpalia ſapi unt.aſſidui ī plateis. ī eccīa rari.tardi ad pdicādū.para ti ad leporis ueſtigia inueſti gandū.uelotiores ad cōgre gandum canes q̄ꝫ ad alēdos paupes:plures illis ad men ſam ſeruiūt.ad miſſā nullꝯ. cyphꝯ eoꝝ calice pcioſior. equꝯ miſſali carior.cappa c orū caſula pulcrior.camiſia delicacior alba Non igitur eoꝝ ſacr̄ſitiis deꝯ placat̄.ſed īdignat̄.q̄a ſcptū eſt oratio iuſti impinguat altare. dep catio impii nō liber̄bit eum. Et iteꝝ.ſpreuit dn̄ꝯ altare ſuū ppter iniq̄tatē miniſtrā tiū.Rurſꝯ q̄lit̄ ī choro uerſē tur diſcutiendū eſt ubi tāto deteriores inhoneſtiores q̄ꝫ canoīci degūt. q̄nto honeſ

stiores esse deberēt. ubi mē te uagi. attoniti oculis. habi tuqꝫ dissoluti. ꝑspiciūt ꝑ cā cellos nō paupculas sꝫ muli erculas: aliud cātāt. aliud co gitāt. ī choro sūt corpe. in foro sūt mēte: mane in thea tro sero ī eccīa. ibiqꝫ nūc it9 nūc foris exeūt inqeti. psal moꝝ uerba nō ꝑnūtiāt. qui b9 cātare pudori existimāt ꝙ si uerba aliqñ ꝑferūt. eoꝝ sensū nō attendūt. nesciētes illud Grego. qa uox psalmo die cū ex deuocioē cordis a git. deo ꝑ ītencōeꝫ mētis cō iūgit; alii cātāt. sꝫ nō ꝙ libri habeāt. cātāt ut placeāt po pulo magis ꝙ͂ deo. tāta qui busdā ē leuitas uocꝫ. qnta et mētis. frāgit uocē q non frā git uolūtatē. seruat consonā ciā uocū non moꝝ. quib9 a it Grego. qd ꝑdest dulcedo uocis si adest asperitas mē tis. Tandē cātāt non cū Da uid iuxta arcam dnī: sed in palatio cū herodiade ut pla ceat discumbētib9. Merito igit chor9 eoꝝ non exultā cionis sed deploracionis effe ctus est. ut dicere cogant cū Hieremia. uersus est inquit in luctū chorus noster: Sed

qd hec. uereor ne ueꝝ sit ca nonicos nostri tpis fructus non facere suos. cū plurimi chorū non essent īgressuri nisi aliqd extorqrent. Alii unice īteressētes hore. tocī9 diei emolimēta rapiunt Alii sterilib9 officiis sterile exhi bent obseqū. pīguiora uero officia freqntāt Alii falso in firmant. ut distribucōes ꝑci piāt & ī domib9 delitescāt Alii ut ita dixeri infortuna ta hora qua ītersūt non diui noꝝ decātacōi. sꝫ seculariū negociatiōi. nec diuinis offi ciis. sed humanis cōmerciis. nec orōi sed uane ꝯfabulacōi uacāt. Deniqꝫ ad capitulum canoīci accedūt. sꝫ ut litigēt ut proh dolor ubi litigia so piri deberēt. ibi nascant. ibi culpa augeat ubi deleri de buit. ibi discordias gignunt ꝑtes cōstituūt: et ut paucis agā qciēs canoīc9 capitulū īgredit. tociēs domū pior9 redit. ꝑce eī aut ꝑtio odio fa uore aut tiore longe aliud ꝯsulit ꝙ͂ aut cōsciētia aut ec clesie utilitas exposcunt. ibi nō modesta discussio sꝫ cla morosa ꝯfusio: fitqꝫ capitulū officina discordie cū esse de

buit maľ ɔcordie Cógregāť non ut ſe corrigāt ſꝫ detrahant.nec fit de aīab9 ſermↄ ſed ipi loquūť de extrīſecꝫ ducunt ad capitulū oueſ & boueſ.Et ut pauciſ ɔcludā ibi nec Maria locum habet nec Martha compeſciť.qā nec bona actio uētilať.nec Marie ſilēciū cuſtodiť.tace q de electioē epoꝝ.ī ꝙ caro et ſanguis ac māmona iniꝗtatiſ longe pl9 poſcūt ꝙ̄ ordo iuſticie et unitatiſ Cum uero capitulū canoīcoſ creat aut cetera confert bn̄ficia non ad merita.ſed ad uolūta dirigunt uota ſua.nec ad longiora obſeqa .ſꝫ ꝓpīquiora trahūť cōmercia Veluti unuſ ex ſctīſ eccīe doctoribꝫ nō tā elegāter ꝙ̄ facete ī eccīa argentina accidiſſe refert.In ea enī cū de cōferēdiſ certiſ in ea eccīa uacātibus ꝓbēdiſ nō paꝝ diſcordarēt altero nepotē puerū.altero filiū.altero ignobilē fratrem noīantib9.qdaꝫ romā9 ibi canoīc9 aſellū qui pl9 ꝙ̄ .xx.ānos ei ſeruierat.noīauit.aſſerēſ in cōſciētia.quia ꝓpter diuturna ſeruicia que aſin9 eccīe fecerat.dignior eūctiſ noīatiſ erat:Quis igitur ea omīa recolēs iocūd9 trāquill9 aut ſecur9 eſſe poteſt.Et ut īquit Bernā.quiſ in tātiſ piculiſ conſtitut9 ac tātiſ bonis deſtitut9.nō inť urgeť.non uriť. nō crutiať Qui igiť habet aureſ audiē dī audiat.& īter tot miſeriās laqos & picľa ſit caut9. uiuatꝙ ſub regľa ꝗ a regula nomē accepit. Non enī timebit eterna ſupplicia. ſi ſtudebit uitare ſeculi uitia:.

Capitulum uiceſimū .de ꝓeminētia. neccītate et utilitate officii ſacdotū. curatoꝝ rectoꝝ curā aīaꝝ habētiuꝫ demū de plꝫib9 hui9 ſtatuſ laborib9 & calaītatib9.de fectib9 et piculis.

Ectoris curatiꝙ ſacerdotiſ eximia eſt dignitaſ atꝙ pneceſſariuꝫ ſaluberrimūꝙ miſteriū Habet enī in pmiſ illū familiaiſſimuꝫ atꝙ ſalutifeꝝ ad ueri corporiſ xpi acceſſū aſſiduū in ꝗ eſt redēptio uita & ſal9 nr̄a. Demū ꝗnti honoris et emolumēti tpaľꝫ eccīe officiū exiſtat.beat9 Aug.patēter inſinuat. nā illđ apľi exponēſ.pſbiteri ꝗ bn̄ pſunt

duplici honore digni habẽt̃ sic ait. p̃sbiteri qui bñ p̃sunt uita & doctrína digni cẽte habent̃ a subditis duplici honore. scilicz ut spũaliter eis obediãt. & exteriora bona ministrẽt. Nec solũ honore sublimi p̃miari debẽt. sz & tẽreno ut nõ ɔtristent̃ indigencia sumptuũ tpalium: & gaudeãt obedĩetia spũalium. Demũ ex eo rectorũ et curati dignitas honor & utilitas cóp̃hendit̃. quoniã ut ĩquit Grego. nasansenꝰ spũale est eiꝰ officium mediatorẽ esse ppl̃i apud deũ. Vnde Rabanꝰ non q̃liscũq; dignitas sacerdotuz est. huic enĩ sorte datũ est. ut mediator sit int̃ deũ & hoĩez. ut p eos genus huãnũ creatori recócilietur. Adde. hic p poplo orat. hic sordes eꝰ abluit. hic uice cristi pctã cõdonat. hic claues regni celorum peĩtentibꝰ aperit. hic baptismũ q̃ xp̃i noĩe cẽsemur & ei ɔiũgim̃. cetera q; saluberrĩa ministrat sacr̃menta. ut merito de illo dici possit qđ sc̃ptuz est. qa ipe comedit pctã ppl̃orum.

Sed supest ut huiꝰ officii calamitates afflicc̃ões defectꝰ & picula succĩcte narremꝰ. quorum p̃rima in. xii. huiꝰ secũdi libri deseruimꝰ. cũ in cõmuĩ clericorum oĩm miseriaas onera & labores tetigimꝰ sed & illis nõnulla addẽda sũt. que ĩesse ceteris eccĩasticis officiis diximꝰ. p̃sertim cũ de canoĩcis egimꝰ Parua tñ ex multis singularius eis cõgruẽcia afferemꝰ ut unꝰ q̃sq; nisi mẽte obcecatꝰ extat. facile hꝰ uite formule calamitates & picula cõspiciet. Fateor igit̃ sũma est dignitas. sũmꝰ honor curã aĩmarum hr̃e. qđ ex eo facile cõspicit̃. quõz sũma est honorum progatĩa corporum. rerumq; quĩ hꝰ nõ parum aĩe p̃stant regimen gerere Sed oro cõsideret rector q̃lis ipe esse debeat. q ceteros regẽdos ĩmo corrigẽdos suscipit. qđ tãto est piculosiꝰ q̃nto pauci se corrigãt: Attẽdat curatꝰ uires suas. q aĩarum sarcinã sup humeros portat Non eniz teste Crisosti. dignitas. nõ officiũ facit sacdotẽ. sz sacerdos officiũ. nec locꝰ scĩficat hoĩez. sed hõ locũ. Ideo subdit. qa malus sacdos aut rector de suo mĩsteiõ crimen

acqrit nō dignitatē. q enī a
lios purgādi curā suscipit. a
liis sāctior purgaciorqꝫ esse
debet Unde idē Criso. ma
gna est cōfusio. magnū picu
lū sacdotū. qn̄ laici īueniunt
fideliores eis atqꝫ iustiorēs
Quomō autē nō erit cōfusio
illos esse inferiores subditis
quos eciā eq̄les esse cōfusio
est. Sed inť cetera ī eo sacē
dotū curatoꝝ īminēs piculū
uersať qa nō modo sua. sꝫ ut
ait Jsido. populoꝝ iniqtate
dānanť. si eos aut ignoran
tes non erudiūt. aut peccan
tes non corrigūt. qđ & bea
tus Greg. testať. ait enī q
a sacēdos causa est ruine po
puli. Quis enī se ꝑ ppl'i pec
catis ītercessor obitiet. si sa
cerdotes q eā curā habent
ḡuiora cōmittāt. qūare mei
to ḡuissimo supplicio sūt de
stinati: sunt enī eodeꝫ teste
Grego. ueluti aqua sacri ba
ptismatꝭ. q̄ peccata baptisa
toꝝ diluēs. illos ad regnum
celoꝝ mittit. ⁊ ipa in cluacā
descēdit. Qui enī alioꝝ deli
cta ī se suscipiūt. nō tā suā q̄
alioꝝ uitā īspicere debēt. qa
q̄ꝝ sudoribꝫ uiuūt. q̄ꝝ san
guine late pascunť dignum

est ut eoꝝ culpis plectānť.
Hinc idē Grego. q de obla
cioibꝫ fideliū uiuūt. quasi illi
ꝑ peccatꝭ suis obtulerunt. si
comedūt et tacēt eoꝝ: ꝑcul
dubio pctā māducāt. quare
nō tā rectoꝝ dignitas extol
lenda ē q̄ illoꝝ piculū d'plo
randū: qđ Bernar. sūmis eiu
latibꝫ lacm̄aꝫ inq̄ens. egres
sa est īquit iniqtas a sacdoti
bꝫ tuis dn̄e. q uideť regere
ppl'm tuū. nō est iā differen
cia. ut ppl'ꝫ. sic sacdos. Heu
heu dn̄e deꝫ qa ipi sūt ī pse
cucōe tua ꝑmi. qui uidenť ī
eccīa tua ppl'm regere. quis
enī aīaꝝ rectō intꝫ nō affli
geť. cū sciat curā subditoꝝ
suo piculo suscepisse. De q̄
scbit sapiens. defixisti extra
neum manū tuā illaq̄atꝫ ex
uerbis oris tui. quis ē curatꝫ
aut rectō qui infirmeť cū in
firmo subdito. quis cū scan
dalisato uriť. quis optat fiei
ꝑ frē anathēa & subdito. q s
ponit aīaꝫ suam ꝑ subditis
quis curatꝫ est samaritanꝫ.
qui ligat uulnera subditi. q s
facit secū misericordiā. quis
ducit eum in stabulū eccīam
dei. quis reddit q̄ ultra ei ne
cessaīa sūt. qui utinā uite ne

cessaria nõ auferret. quis cu
ratꝯ hodie est alter Joseph
qui frumēta in egypto diui
dat. cū sint ꝓmptuaria eoꝝ
plena. quis liberat paupem
a potēte. & inopē cui nõ est
adiutoꝛ. qs rector hodie me
rēciū cōsolator. quis ut alter
Job de uelleribꝰ ouiū suaꝝ
īmo eccīe calefacit paupes.
quis uiatoribꝰ hostia appit
quis curatoꝝ dicere poteit
cū Moyse. tu scis bene quia
nec asellū nec qd aliud acce
perī ab eis nec quenq̄ affli
xeriʒ. Quis cū Samuele au
daci aīo dicet subditis. Lo
quimī corā dño ⁊ corā xp̄o
eiꝰ. utꝝ bouē cuiusq̄ tulerīʒ
aut asinū. si quēpiaʒ calūnī
atꝰ sū. si oppssi aliquē. si de
manū cuiꝰq̄ nūmos accepi. il
ludq̄ restituā uob. Quis cū
Ambrosio uasa sua cōflat. &
dat captiuis & pauperibus.
Quis cum Paulino nolen.
episcopo ut inquit Grego.
ꝓ redimēdo filio parrochiaē
uidue. mitrā ⁊ baculū & īdu
mēta pōtificalia uēdit. ſʒ cer
te iam mutatꝰ est color opti
mus. & dispersi sunt lapides
sāctuarii. q merito sūt eccīa
ruʒ rectores q dispersi sunt
non solū ī plateis. ſʒ ī capite
plateaꝝ. qa publice honorai
uolūt de ymagīe sāctitatis.
in qbꝰ nõ est uirtutis existē
cia nec ueritatis. Sūt enī
fermēto pharisеoꝝ qđ ypo
crisis saginati. q mesto uul
tu cū fletu ad altaria dnī uir
tutū accedūt. in qbꝰ spūs sā
ctus nõ habitat. q ut inquit
scriptura effugiet fictū. inei
to repellit eū dñs ⁊ munera
eiꝰ qa nõ ueꝛ cōde accedūt
qs pulcre malachias signat
operiebatt inquit lacmis al
tare dnī. & fletū & mugitu
gemebatis ut uos pplꝰ sacri
caret. Et ut paucis multa ꝑ
tingā. solum eis curati & re
ctoris nomē relictū est. cura
ipa atq̄ regimē periit. defi
cit eis pietas. māsit auctori
ta. qs galli erāt. castrati ef
fecti sūt. canes non ualentes
latrare. rectores plebiū uac
ce samarie sūt. & ditati non
mugiūt. nec uia regia gradi
unt. Hy ut dicit Bern. non
tā facile optarēt honores si
cure considerarēt labores.
Nec modo ea q̄ dixiꝰ picu
la rectores & sacdotes com
mittant. ſʒ alia cōt ordīs ⁊
officii sui naturā damnabili

ter ãplectũt· sunt enĩ ĩſidi
et ĩobediẽteſ ſupiorib9 qui
buſ inuident & detrahunt·
Rurſ9 nouũ curati facin9 cõ
mittũt. Non enĩ ↄtẽtant ce
teris rectorib9 uiuos. ſȝ mõ
tuos ſubtrahẽ parrochianoſ
pcurãt enĩ ſibi ĩ teſtamẽtꝭ a
liquid reliq. Taceo q ſacmẽ
tum penitencie miniſtrãtes
in ipſũ ſacmentũ cõmittunt
Imponũt enim penitentib9
miſſaſ q̃ſ ipſi pecũnia ſe cele
braturoſ pollicent. peniten
ciaſ nõ diſcretas imponunt
nulli ſunt illis caſ9 reſeruati
certatĩ omẽs de oĩb9 abſol
uunt miſſaſ & cetera eis in
cũbentia p defunctiſ onera
non pſoluũt. celebrãt nõ re
cõciliati. uocati cõfeſſiones
nõ audiũt. plerũq ſine sacr
mentiſ ſubditi eoꝝ neglĩgẽ
cia moriunt. admittũt excõ
muĩcatoſ ad diuina. nõ pdi
cant pplo. ſed a pplo pdicã
tur. Quo enim pacto pdica
bunt q litteriſ operã nõ de
derũt· aut quõ alios docebit
quẽ null9 docuit. Sed ueruȝ
eſt illud Celeſtini ĩq̃dã epl'a
qđ an̄ Hiero· dixerat· quia
abiectiſſĩe artes addiſcunt
ſolum ſacdociũ utili9 eſt qđ
an̄ ſumit q̃ addiſcit. auidi9
q̃rit q̃ cognoſcit· facili9 tri
buit cũ tñ difficili9 impleat
Deĩq rectoreſ aĩaꝝ facti ſũt
corpoꝝ ſuorum craſſatoreſ
ĩpinguati eniȝ dilatati & in
craſſati bucaſ rubenteſ ha
bẽteſ· diuerſiſ epuliſ ſagĩa
ti. facile ut inqt Hiero. ſpu
mãt in libidĩeſ. Sed qđ tam
pfunctorie loqmũr de uiolẽ
cia. de crapula· ac ceteriſ gu
le irritamẽtis ſacdotũ & ali
orũ qui eccĩaſtico noĩe cen
ſent. qui aiũt comedam9 &
bibam9 et moriamur. qui ui
uũt ut comedãt. q̃ꝝ deuſ uẽ
ter eſt· quia uentri uacãt. et
ad uentrẽ ut ad eoꝝ ſũmaȝ
felicitatẽ et ſinẽ cuncta ordi
nant. nec eis ſatis eſt uti cib
qui in ea qua degunt patria
naſcunt. ſed deũ et naturã
emendãt Nã ult marinis &
forẽſib9 uiniſ ac cũ magniſ
impenſiſ adductis ferculiſ
ſaginant. quib9 nõ una ſuf
ficit puicia diuerſitate uino
rum letant. non ↄſiderãteſ
quia uni9 uini pot9 priarch
am noe p ſexcentos ãnoſ ſo
briũ. temulentum fecit et ut
Hiero· in quadam epl'a ait·
Loth p ebrietatẽ inſcienſ li

libidini miscuit incestū. et qd dictu mirabile est. quē sodoma non uicit uina uicerunt. Sacdotibus enī lex phibet uini usum. sed & ceteris qui psūt ne obliuiscanē iudicio℞ dei. modernis uero sacdoti bus & eccie ministris longe magis mera abhorrenda fo rent. qbus dignitas honor bilior est. & operatio sactio quos ipa uinolētia ac ipa ex quisita epula℞ auiditas mi steriū uilificāt. psonas de ho nestāt. ouersacōe℥ de turpāt & postremo ceteris lascuien do causā pbent. Teste enim Grego. cū maiores uolupta ti deseruiūt. nimi℞ minoib9 lasciuie frena laxanē. taceo cōmemorari dilecta℥ ab eis philargiā id est amorē pecu nie. plurimi certe eo℞ auru℥ siciūt. au℞ bibūt. ut cōseruēt carni et sanguini. Recto res moderni non pastores. sed raptores ouiū tonsores non ad uiridia pascua ducto res. non piscatores sed nego ciatores. nō dispēsatores bo no℞ crucifixi s℥ uoratores. sic sua falso q̄rūt ut q uersua sūt pdāt. p pecuniis celebr āt. corp9 xp̄i uēdūt cū iuda p mamona iniqtatis sacm̄e ta mistrāt. Vereor satis an rem sacmenti conferāt. sacra emūt. sac uendūt. s℥ gracia℥ nō infūdunt quā nō habent aiunt nihil accipim9 gratis. nil dam9 gratis. dicētes qd cōparauī9 uēdim9. quia me catores pati sūt uēdere que cari9 ipi emerūt. sed hys lu crū est in bursa damnū in cō sciencia. nulla in eis grauitas et ut ait canō nihil in eis de fendit industria. sed audi q̄ acerbe eos comminaē eccia quā offendūt. ipa enī clamās ad sponsum ait. duplici cōtri cione contere eos dn̄e deus noster. quia tāta rapacitas. tāta pteruitas. tāta segnicl duplici enī pena conterit e os aīa & corpe. dū hic egere et in labore inutili uiuere. a bonis suis gaudē non finit. tandem gehēnam usq3 pdu cit Qui ḡ aures habet audiē di audiat. et inter tot picl'a positus uiā q̄rat securitatis. qui tā ppinqu9 est discrimī tempestatis. narrata picula non pauebit. si curā subdito rum digne tenebit. Paucl'a cēte de cūctis eccīastici sta tus dignitatib9 officiis & or

dīb9 enārauim9. dulcia p̄t & amara tangentes. Quarí iam faciem9 finem. quia finis non esset si quis plene conarer narrare cūctas miserias labores aculeos & picl'a huius status uidelicet pontificalis & sacerdotalis. Verum tamen ne quis ista legens & tanta multitudīe laborū et pnitate piculoꝝ statū ecclesiasticū pfectū et dignuꝫ aut repbet aut damnet. ītelligat sane pdicta uera esse de illis episcopis & clericis. qui male negligenter & psūctorie curam pastoraleꝫ gerunt quib9 pdicta ⁊ maiora picula parata sunt. Si tamē digne admīstrāt. eo maior glorie pmia habent destinata Et h̄ ē q̄d paucis uerbis dicit Augu. quia nihil piculosi9 aūt dānabili9 ī hoc sec'lo epi ⁊ p̄sbiteri officio si psunctoīe agit. sicut nec beaci9 & deo accepcius. q̄ si eomodo militet q̄ impator iubet Jtaq; non est piculū ī statu sed abutētib9 statu nec repbacō indignitate. sed in deturpātib9 dignitatē. in qua nimiꝝ si sit multitudo laborum. ubi est excellencia honoꝝ & p̄mioꝝ.:

Capitulū. xxi. de secūdo statu spūali uidelicet religiosoꝝ. & de motiuis et autoritatib9. ad pbandū statū ecclesiastici ordīs simplicit p̄ferendum esse statui religionis. & p cōsequēs eccīasticū ordinē esse peligendum;

Vperest agere de secundo statu spūali uidelicet religiosoꝝ & primo adducunt̄ rācōnes & motiuā ad pbandū statū eccīasticū simplicit̄ p̄ferēdū esse statui religiōis. et p cōseqnēs uidet̄ q̄ epi et mīstri eccīe in dignitate et pfectione stat9 sint r̄ligiosis p̄ferēdi Primo enī illud apte pbat̄ uidet̄ Hiero. Nam et ad rusticū monachum sic īquit uiue in monasterio ut clericus esse merearis. Et iteꝝ ali9 sapiens uix bon9 monach9 mediocrē clericū facit Et iterū ad Heliodoꝝ alia ē causa clerici. alia monachi. clerici oues pascūt. ego pascor. illi de altari uiuūt. mihi securis q̄si ad radicē arboris infructuose ponit̄. si mun9 ad altare non offero Et iteꝝ mi

hi ante p̄sbiterꝝ sedere non licet. Illi si peccauero licet me tradere sathane Vides ḡ dignitatē & excellenciā clericoꝝ sup monasticā uitā Denic̄ quis dubitat bonū publicū p̄ferēdū esse p̄uato Constat autē clericoꝝ ⁊ p̄latoꝝ magis pp̄lo fructuosaꝫ fore q̄ religiosoꝝ. Vt eni dicit Grego. nullū deo magis acceptabile est sacrificiū q̄ zelus aīaꝝ. Clerici ḡ cū magis fructificēt. merito ḡ eoꝝ status monastice uite p̄ferēdus est. qui ꝓprie dūtaxat saluti intendit. Demū nemo hesitat. quin Helias longe p̄fectior fuerit quocunq̄ monastico uiro. qd̄ ex eo maxīe cōstat. quia xp̄s Johānēꝫ q̄ inter natos mulieꝝ alius nō fuit maior ī p̄fectioē. eū īducit .ī euangelio Luce. ip̄e p̄ibit ante illū in sp̄ū et uirtute Helie. Et iteꝝ. in Matheo dicit. si uultis scire ip̄e ē Helias: Sup quo uerbo Crisos. pulcre ad ꝓpositū loquēs. si talē aliq̄n mihi adducas monachū. q̄lis ūt ex aggeracione dicā Helias fuit. nō tñ illi cōparād9 est. qui traditus popul̄ & multorū p̄ctā ferre cōpuls9. īmobilis p̄seuerauerit et fortis. Hy autē sunt ecc̄astici ⁊ p̄lati qui pp̄loꝝ saluti continuo studēt. Sed nec illud obmittendū est. q̄niā cui ampli9 cōmittit̄. ille magis meret̄ si bn̄ ministrat q̄ ille cui min9 cōmissū est. Cōstat tñ q̄ uiris ecc̄asticis et p̄latis āp li9 est cōmissuꝫ q̄ monasticis uiris. Accedit q̄niā p̄fectio seu sublimitas alicui9 stat9 nō acq̄rit̄ sine caritate. iuxta illud si habuero omneꝫ sciētiā et fidē. ita ut montes trāsferā. caritatē auteꝫ non habeo. nihil sum. Constat tamē caritatē p̄ximoꝝ magis inesse clericoꝝ statui ꝓpt̄ aīaꝝ curā quam habent. Preterea si meritū utriusq̄ stat9 considerare libet illud uerissimū est. quoꝫ merituꝫ homīs cōsistit ī liberādo īnocētes de maīb9 fō cioꝝ & tirānoꝝ. in qꝝ p̄sona dicebat Iob cōterebā malos ab iniquo & de dentib9 illius afferebam predā. Qd̄ magis fit p statuꝫ clericoꝝ & p̄latoꝝ q̄ monachoꝝ. uñ Hier. ad Paulinū ait. q̄ sancta simplicitas solū sibi prodest Et quāto plus edificat

ecclam dei ex uite merito. tanto pl9 nocet si cōtradicē tib9 non resistit Demū magnitudo meriti cōsistit ī magnitudīe conat9 ad uincēdā magnā pmptitudinē & incitamentū ad peccatū. quia inquit ecclasticq. pfect9 & beat9 est. qui potuit trāsgredi et non est trāsgress9. facere mala & nō fecit. Talis ḡ magnitudo conat9 poci9 est in statu ecclasticoꝝ q̄ religiosoꝝ. Posset in hac re plima adduci sed breuitatis gratiā p licitis rōnib9 ɔtētor. q̄b9 q̄dam pbare uident̄ epos & ceteros mīstros eccle in statu & dignitatis eminēcia. & pfectioē pferēdos esse religiosis. et p ɔsequēs ecclasticum statū esse peligendum Deꝝ tñ qd tenenduȝ sit in seq̄ntib9 capitul' explicabit̄.

Capituluȝ. xxii. de pma cōparacōe hoꝝ duoꝝ statuum. uidelicet quō hi duo status clericoꝝ & monachoꝝ se habent alter ad alteꝝ cōparat9. & quis eoꝝ simpliciter sit eligibilior q̄ntum ad eminēciā & pfectionē status ac eciā uite sctītatis.

Onsiderādum rursus occurrit. atq3 discuciendū q̄lit̄ hi duo stat9 seu uiuendi modi. ecclesiasticoꝝ uidelicet & religiosoꝝ: inuicē se habēt alteꝝ ad alteꝝ cōparat9 respectu eminēcioris uite et pfectiois stat9. In q̄ articlo licet plurima dici possēt. breuissie tñ et sub q̄dā3 epilogo dicēdū est secundū sanctoꝝ doctoruȝ sentēcias illud esse uerissimū. uidelicet epos nō solū ceteros omēs ordines et ministros eccle militantis. sed et cūctos religiosos et reglares uiros pfectiori modo repsentare apostolos. et ideo sup omēs eminēciores et in pfectiori statu fore Naȝ manifestum est q᷑ epi succedūt apl'is ī regimīe eccle Vnde Paulus ad eos ait. attēdite uob et uniuerso gregi. ī quo spūs sāctus posuit uos epos regere ecclaȝ dei quā acq̄siuit sanguine suo. Pro qua re apci9 declarāda psupponēdum dixim9. q᷑ q̄tuor pncipaliter & singularit̄ fuerunt collata apl'is a xpo et epis eorum successorib9. que magnam in eis excellēciam et

statꝰ pfectiõez designāt. et in q̄bꝰ epi apl'i succedunt et eos p̄ ceteris imitantur. Primo uirga potestatiua in susceptione tēporaliū stipē dioꝝ. unde ĩ Matheo legiꝰ p̄cepit eis ne quid tollerēt in uia nisi uirgā. ut noīe uirgē potestatē a xp̄o receptā de recipiendo tpalia stipēdia intelligamꝰ secūduʒ Augustinū. Sc̄do clāues in iurisdictione admīstracōis sac̄mētoꝝ. unde ait xp̄s Petro. tibi dabo claues regni celoꝝ. Tercio data est insufflacio spūs in remissionē pctōrum unde apud Johā. legimꝰ. insufflauit et dicit accipite spiritū sāctū. q̄ꝝ pctā remiserītis ꝛc̄ Sup q̄ uerbo Grego. inquit licet intueri inq̄ntuʒ culmē gl'e pducti sunt apl'i ut uice dei q̄busdā pctā relaxent. q̄busdaʒ retineāt. q̄ꝝ nūc in eccīa epi locū tenēt. Quarto data est disperticio linguaꝝ in p̄dicacioē uerbi dei. ut in actibꝰ apl'oꝝ legimus qa apparuerūt apl'is dispertite lingue ad p̄dicādum uerbum dei: In his g̃ q̄tuor ep̄i apl'os excellēcioī modo rep̄sentāt q̄ q̄cunq̄ religiosi. et ideo sūt in pfectioī statu: Adde quītuʒ ꝓpē uotuʒ ppetue cure ouiuʒ suaꝝ usq ad aīaʒ et sanguinē. In quare pfectioī mō apl'os rep̄sentant q̄ omnes religiosi. Qd uotū cure aīaꝝ ĩ cōsec̄tione sua fecerūt. uouētes aīas suas ponere ꝓ ouibꝰ suis. in q̄ uoto tā excelse caritatis omnes religiosos excedūt. quiá teste rédēptore. maiorē caritatē nemo habet q̄ ut aīam suā ponat quis ꝓ amicꝭ suis. Sūmꝰ g̃ gradꝰ pfectioīs est in ep̄is q̄a eoꝝ dignitas pfectā caritatē iā acq̄sitā requirit nō acq̄rendā. si uero seclusis ep̄is p̄sbiteros ⁊ ceteros mīstros eccl'e ad religiosos cōparare uolumꝰ. hoc tripliciter cōsiderare ⁊ ītelligere possumꝰ. Prīo q̄ntuʒ ad humani conatꝰ uolūtatē Secūdo q̄ntū ad operis q̄litatem Tercio q̄ntū ad utriusq statꝰ quātitatē seu p̄mitateʒ Primo p̄ferē opꝰ operi. uel statꝰ statui ex uolūtate operantis. qui enī ꝓmptiori uoluntati et cū maiori conatu facit opꝰ ad qd tenet. maioris perfectioīs et maioris meriti est. si g̃ isto mō opa

religiosoꝝ & p̄sbiteroꝝ ad inuicē cōparent̄ .incertū est. q̄ opa sint maioris meriti & maioris pfectiōis.q̄a planū est q̄ illoꝝ opa maioris meriti & pfectioris sunt.qui cum pmptiori uolūtate et maiori conatu ipsa opant̄: Scd̄o uero mō q̄ntū ad opis q̄litatem.uirgītas p̄ponit̄ coniugali uel uiduali cōtinēcie in bono.in malo uero homicidium p̄ponit̄ furto.simil̄r uita actiua p̄ponit̄ contēplatiue quia fructuosior.contēplatiua uero p̄ponit̄ actiē q̄a merito maior et pfectior.scd̄m quē modū cōpando aliqua opa pticularia q̄ faciūt p̄sbiteri.sūt pfectiora aliquibus opib9 pticularib9 q̄ religiosi faciūt. sic magis est intender saluti aīaꝝ.q̄ ieiunaē.q̄ silenciū tenere.et aliq̄ opa q̄ faciūt religiosi. pfectiora sūt q̄busdā opib9 q̄ faciunt p̄sbiteri Et ita isto modo habent se sic excedēs et excessa: Sed tercio mō cōparādo opa religiosoꝝ ad opa p̄sbiteroꝝ ī ōdīe ad p̄mā quitti taté & r̄dicē aq̄ pgrediūt̄ puta in ordīe ad radicē illā q̄ religiosi totā eoꝝ uitā dououere ꝛ se & sua in xp̄i obsequū ppetuo tradiderunt longe sūt pfectiora q̄cunq; singulari ope p̄sbiteroꝝ.& eodē mō in pfectione uita religiosoꝝ ad uitā p̄sbiterorum cōparat̄: sic infinitū ad finitū.ut dicit Anshel.in libro de silitudīb9. Quāuis enī in bono abstinēcia sūpcioni cibi p̄ferat̄.sumere tamē cibū cū aliq̄ ppt̄ caritatē pfertur abstinēcie. In malo uero q̄uis adulteriū pferat̄ furto.furari tn̄ gladiū ad occidendū est g̃uiꝰ q̄ adulterium. Sic q̄uis p̄sbiteri in aliq̄ pticulari ope possint p̄ferri religiosis.ex adiūcta tamē radice ppetue obligacōis q̄ se in xp̄i obsequm religiosi tradiderūt.simplicit̄ in pfectiōis statu p̄ferēdi sunt.& hanc opinionē aliqui eximii doctores tenēt. Alii uero affirmāt archidyaconos et curatos et alios īferiores eccīe mīstros esse in excellēciori pfectiōis statu. & maxime ppter tria q̄ eis speciālit̄ cōueniūt Primo ppt̄ potestatē Secūdo ppt̄ admīstracōē officii Tercio ppt̄ honoris pconiū Potestatē enī rece

perũt a xp̄o in p̄sonã disci puloꝝ qñ dictũ est eis Luce x·ecce dedi uob̄ ptãtẽ calcã di sr̄ serpẽtes & scorpiões & sup omnẽ uirtutẽ inici.& nihil uob̄ nocebit.ac si dicẽt dedi uob̄ potestatẽ eitiendi omẽ gen9 ĩmundoꝝ spiritu um ab obsessis corporibus. ne putarẽ dictũ eẽ đ bestiis ut Criso.expoĩt. Jstud aũt rep̄sentãt p̄sbiteri ĩ sacmen toꝝ admĩstracõẽ .Admĩstr̄ ciõĩs uero offitiũ receperũt qñ dictũ est·in quãcunq3 do mũ intraueritis·p̄mũ dicite pax huic domui·q̃a enĩ bo noꝝ oĩm pax mãt est. sine qua cetera inania sunt.ideo xp̄s discipul' p̄mo iussit pa cem offerre.tanq̃ȝ bonoruȝ oĩm iniciuȝ.q̃ꝝ mĩstros eos faciebat·ut Criso.dicit. Hos auteȝ rep̄sentãt p̄sbiteri in euãgelii p̄dicacõe.in q̃ p̄mo nũciãnda est pax.iuxta illđ ad rõnos.x.q̃ȝ speciosi pedes euãgelisãtium pacẽ.euãgeli santiũ bona. Jllud auteȝ rep̄ sentãt p̄sbiteri in pleb̄ cure susceptcõe.p̄ qua donec ip̄ȝ tenẽt aĩam & uitã ppriã te nenẽ exponer̄ Sȝ honorẽ p̄ coniũ r̄ceperũt.qñ r̄ueñ sũt

cũ gaudio dixerũt dñõ.de mones eciã subiciuntẽ nobis in noĩe tuo.gaudebãt enim ut dicit glosa.q̄ q̃i sublimes effecti terribiles homĩb9 & demonib9 erãt.hoc autẽ re p̄sentãt p̄sbiteri in subditoꝝ iurisdicõẽ et cohercõe.a qui b9 si bñ eis p̄suuit duplici ho nore debent haberi.ut dicit ap̄l9.i.Thi·q̃nto. Per hec igitẽ q̃ p xĩe dicta sunt cõclu dũt aliq̃ doctores eciã ĩferio res·mĩstros ecc̃ie ĩ eminẽcia et pfectioẽ stat9 religiosis p̄ ferẽdos esse·uel saltẽ eos fo re in pfectioĩs statu Hanc itaq3 opinionẽ p̄dicti docto res roborare uidenẽ p raci ones et autoritates supi9 al legatas.cũ de excellẽcia et pfectione ep̄oꝝ et mĩstroꝝ ecc̃ie actũ est.ad quas q̃ reli giosos inferiorib9 ecc̃ie mini stris p̄ferũt respondẽt put ĩ ·xxiiii·capitulo uidebiẽ.

Capituluȝ·xxiii.de alia cõparacõe hoꝝ duoꝝ statuũ clericoꝝ et religiosoꝝ inter e admuicẽ·uidelicet q̃s sit eligibilior tanq̃ȝ simpliciter humanior & tolerabilior·

Post pdictā cōpara
cionē hoꝝ duoruꝫ
statuū uidelicet ec
clesiasticoꝝ ⁊ religiosorum/
q̄ntū ad pfectionē statꝰ.alia
cōparacō succedit·quis uide
licet hoꝝ statuum clericalis
uel regularis eligibilior sit tā
q̄ꝫ simplicit̄ humanior & to
lerabilior In quā re ut mihi
sane uidet̄.q̄stio ipa facti ē.
uterq̧ enī uiuēdi modꝰ ex
cellētissimꝰ atq̧ sāctissimꝰ
est·in quoꝝ quolibꝫ diuerse
uie ad salutē repiri possūt.
nec enī xp̄s spōsꝰ eccīe ple
ne illi puidisset.nisi secūdū
diuersas īfirmitates seu uires
suoꝝ fideliuꝫ·sic diuersos ui
uendi modos ad unū tn̄ dei
cultū intēdentes nō instituis
set.Hinc ipe ait ī domo pa
tris mei māsiones multe sūt
et iteꝝ scbit̄ in uia dnī aliꝰ
sic aliꝰ sic ibat.omēs tn̄ nō
ad diuersos fines·sꝫ ad unū
pperātes.Sed ut deo diuer
sis tamē gressibꝰ famulent̄
& si aliꝰ currat.alius plane
uadēs ei nō īuideat.cū uter
q̧ metā attīgant q̄ diuersi
tas unitas est·q̄a ad unū dei
cultūdiuinitꝰ ordinatā.Ea
igit̄ decora diuersitate atq̧
fulgida unitate floret atq̧
splendet dei eccīa.tā pulcra
fideliuꝫ suoꝝ unanimi uarie
tate·Nihilominꝰ tn̄ īter istos
statꝰ seu uiuēdi modos ut su
pra tactū est ex diuersis ca
sibꝰ & respectibꝫ alter istis
alter illis eligibilior est.Vn
de ait Dyonisi. nōnulli sūt ī
uia pficiēdoꝝ & ad pfectio
is acqsicōnē aliq̄ īdigēt.q̄d
aliis expedit.Nā ad depmē
das passioēs.arta uita uideli
cet p abstinētiā ac exercici
a & uigiliaꝝ expediret Alii
uero nō habētibꝰ illas passi
ones non cōgrueret.q forte
defectꝰ suos alio exercicio
uel diuīe grē auxilio supplē
possent.Nā ueluti scd̄m do
ctrinā apli ī uno corpe mul
ta sunt mēbra nō idē officiū
habēcia.& q̄d uni congruit
alteri plerūq̧ est nociuuꝫ sn̄
offensioē corpis:sic plerūq̧
una uiuēdi forma q̄ aliqbus
est ad salutē.aliis cedit ī per
niciē & eꝰ Profecerūt certe
sibi & multis in ordīe eccīa
stico.cōplures q̄s numerarē
operosuꝫ foret adeo ut dicē
mihi recte posset aliqs tāq̄ꝫ
de stellis celi.numera si po
tes·sic Nicolaꝰ fulsit·sic Gre

gorio summus ipse pontifex. sic Paulinus epus nolanus licet opulentissimus. sed et in regulari et monastica uita effulsit Item Basilius. Benedictus. Ieronimus. Dominicus atque Franciscus et plurimi quibus domus dni referta est. inter quos nonnulli aut diuino motu supnaque inspiracione uocati. aut uariis ex causis ex altero statu ad alterum aspirarunt. idest quam bti euasere. sine tamen potioris status diminucione Hinc Benedictus: hinc Dominicus et quamplures strictiore feruore deo famulari cupientes et seculi consorcia fugientes. ex clericorum ordine ad regularem uitam transierunt. Hinc rursus Augustinus Gregorius eadem uocati inspiracione et proficiendi fidelibus uberius zelo successi ex monastica religione ad ecclesiasticum episcopalis ordinis gradum scte et meritorie commearunt. Vnusquisque igitur prout secundum apostolum destinauit in corde suo sic hanc uel illam uiam eligit. uires suas considerans secundum finem sibi intentum. Est enim uterque status ut tactum est non precepti. sed consilii et supererogacionis. nec imperatur sed suadetur. Et ueluti de uirginibus apostolus ait. qui potest capere capiat. Et de matrimonio secundum eundem apostolum. plerumque melius est nubere quam uri Ita in his statibus dicendum est. In quibusdam forte utilius foret ut per spuale matrimonium ecclesie nubant. quam si ultra sibi uires inexpertas sub stricta regulari uita retro respicientes uitam deserant inceptam. Itaque inexpertis imbecillibus et infirmis putamus quod status ecclesiastici ordinis tanquam humanior et intolerabilior est periclitandus. nisi alciori inspiracione quis desuper ad aliam uitam uocatus: aut spuali et corporali adiumento roboratus fuerit. Accedit ad hoc quia eligere actus est uoluntatis et uirtutis uirtus autem ipsa consideranda est iuxta philosophum secundum electionem medii quod in recta racione consistit. Ecclesiasticus itaque status attenta humana fragilitate et promptitudine peccandi quandam uiam mediam et raconabilem uiuendi habere uidetur. Habet enim religiositatis satis. habet et aliquid humanitatis siue laxitatis. quod si forte dicatur religionis uitam eciam eodem respectu simpliciter fore eligendam pro eo quod habet toleranctias et mode

q'

rcōes suas ad iudiciū platoꝝ nec ultra pcipit· q̄ racōnabiliter supportari possit· Et dato ꝙ quis i religioē cadat habet resurgendi remedia ppt intēcōnē ad deū erectā Habet deiꝗ fratres a q̄b9 iuuai potest ·Fateor illud uerum fore· tñ illud idem q̄ i eisdeꝫ religiosis ex p missione fit.seu indulgēcia clerici fit ex iure ꝯmuni.qđ eni tolerat aut idulget.constat legi derogare atꝗ aliqñ ꝓhibitū esse·& si aliqñ sine causa indulgeat·consciencia urget·& int9 bellū nascit·ubi qetari sperat.maxime ppt istituta & artissimas cuiusꝗ religioīs ꝯstitucioēs.quib9 se artari uouerunt·& ad m'lta alia q̄ꝝ trāsgressio aut contemptus mortale plerunꝗ iducit peccatū·q̄ oīa nō ita acriter clericis cōtingūt Demū ea ipa remedia q̄ religiosis cōpetūt extolerācia uel fratꝝ psidio·eciā clericis cōmunia esse possūt. Circa secundū uero q̄ s stat9 seu uiuēdi mod9 pdictoꝝ peligēd9 sit.tanꝗ sāctior & pfectior. dictū est in pcedēti capitulo.

Capitulū. xxiiii·ubi assignant respōsiones ad obiecta ꝯtra religiosos p tuenda opīone illoꝝ qui sentiūt religiosos esse i pfectioi statu q̄ꝫ decani archidyaconi ꝛ alii inferiores clerici p9 epm ubi discutit q̄ sit pfectior uita actiua uel ꝯtēplatia·& de eaꝝ adinuicē compacōe.& de aliis hāc materiā tāgentib9.

Ibet igit p tuenda illa opīone.q̄ habet iferiores ministros eccīe post epos nō eq̄ri religiosis q̄ ad statū pfectionis Respondē ad nonnulla obiecta supi9 adducta q̄ pbare uidēt archidyaconos.curatos.& pdictos iferiores ministros ad religiosos cōpar̄tos pfectiorē aut saltē eq̄leꝫ statuꝫ in eccīa obtinere. Et q̄nꝗ p ea q̄ dicta sunt satis racōs ipe solute uideant. pticulari9 tñ ad singl'as singule fiēt satisfactiones. Primo igit dicebat.quia monachis licitū est trāsire ad statum psbiteroꝝ tanꝗ ad pfectiorē.q̄a ut inq̄t Hieroni. & transumptiue in canone xx·iii·q.i.dicit sic uiue i mo

nasterio ut clericꝰ esse mere
aris. Rñdet enī ꝙ mōchꝰ tā
ꝙ̄ mōchꝰ nō habꝫ officiū cle
rici exercere. ueꝝ tamen in
q̄ntū literati & docti sūt. lici
te possunt ꝓmoueri ad p̄sbi
teratū & curā monachalem
alioꝝ habere: pfectionē tam̄
statꝰ non habet ex illo trāsi
tu. sꝫ ex ꝑpetua obligacōne
uoti. & ita licet fiat p̄sbiter n̄
dimittit pfectionē monach
adem. Ideo subiēt ip̄sato de
creto multo tpe disce q̄ pꝰ
modū doceas. & int̄ bonos
semp meliores sectare. Dein
de adducebat illud Hiero
nimi ad Heliodoꝝ ubi dice
bat Hiero. mihi scilicꝫ mona
cho an̄ p̄sbiteꝝ sedere non
licet. illi si peccauero licꝫ me
tradere sathane Ex q̄ uide
tur curam aīaꝝ habētes in
pfectiori esse statu q̄ huiuis
religiosis cōtemplacōi uacā
tibꝰ. aut saltē in statu pfecti
onis esse. sed dicendum est
omēs mīstros eccīe esse in
pfectioīs statu modo q̄ sup̄
dictū est. uidelicet ꝑpt̄ offi
cii ad mīstracōꝫ. sed talis ꝑ
fectio statꝰ scd̄m eos q̄ hāc
opinionē tenēt magis accipi
tur compatīe ꝙ̄ ꝑprie. Un
de canones appellāt statūꝫ
clericoꝝ ḡdum quēdam ut
inferiꝰ laciꝰ tangeē. Postea
uero dicebaē bonū publicuꝫ
p̄ferēdū eē bono ꝑuato. & cū
curati gerāt officiū publicū
q̄a curā aīaꝝ. q̄ ȝelo seu offi
cio scd̄m Gre. nullū est deo
acceptabiliꝰ: & religiosi so
lum ꝑprie intendant saluti
uideē curatos esse in pfecti
ori statu Quibꝰ r̄spōdeē ꝙ
q̄uis absolute itender bono
publico sit maioris pfectioīs
ꝙ̄ intendere bono ꝑuato. H
est in genere opis pfecto. in
tendere tamē pfecte bono
ꝑuato uel saluti ꝑprie p̄ferē
illi q imp̄fecte intendit bo
no publico. ȝelꝰ enī aīaruꝫ
sacrificiū acceptū est deo si or
dinate fit. qui ordo est ut q̄s
ꝑmo habeat curā salutis sue
& postmodū alioꝝ. quia ut
scbiē Ma. xvi. & īnsūptie
in canone Quid ꝓdest hoī
si uniuersum mundū lucreē
aīe uero sue detrimentū pa
ciaē. Deniqꝫ respōdent alio
modo uidelicꝫ ꝙ ea q̄ dicta
sunt bene ꝓbāt curatos ⁊ in
feriores eccīe si recte agant
posse esse in pfectioīs ope
sed non in pfectionis statu.

quia p̄dicti miſtri eccīe non
ſuſcipiunt plebis aut parro
chie ſue curaȝ cum ꝑpetuo
obligacionis uoto.qđ ex eo
paret qa eā deſerere poſſūt
aut renūtiando aut per reli
gioniſ ingreſſum.ſolū ergo
epiſcopi cum uoto perpetuo
ſuſcipiūt curā aīaꝝ.& ideo
ſñ licētia ap̄lice ſediſ illā de
ſerere nō poſſūt.Ruꝛſ9 qđ
obicit̄ de Velia de q̄ Criſo.
dicit ſi talē aliquē adducaſ
mihi monachū q̄liſ Veliaſ
fuit.nō tamē illi cōparādꝰ ē.
qui ꝓditꝰ eſt cure ꝑp̄loꝝ ꝛc.
ad qđ dicit̄ ꝙ Criſo.nō itel
lexit de ſimplici p̄ſb̄ro ſed
de epo.ꝙ ſi loquat̄ de ſim
plici p̄ſb̄ro non intēdit p̄fer
re ſtatū p̄ſb̄ri ſtatui religioiſ
ſed intēdit ꝙ ꝑiculoſior eſt
ſtatꝰ habētiſ curam aīaꝝ
ꝗ̄ religioſi in contēplacōe ui
uentiſ.& ꝑ cōſequēſ ſe ſer
uare innocentē in maiori ꝑi
culo iudiciū eſt maioꝛ uirtu
tiſ.Sed ꝗ̄uiſ maior uirtꝰ re
quirat̄ ad h̄ ꝙ aliq̄ſ ſe p̄ſer
uet imunem a peccato inter
ꝑp̄loſ ꝗ̄ in religione.maioꝛ
tamen uirtutis eſt uitare ꝑi
cula religionē intrādo ꝗ̄ nō
uitare ꝑicula int̄ ꝑp̄loſ uiuē
do.Item obiciebat̄ qa p̄ſbi
teriſ ꝛ miniſtriſ eccīe magiſ
cōmittit̄ uidelicet cura aīaꝝ
ꝗ̄ religioſis & ꝑ cōſequens
ſtatꝰ eſt maioriſ ꝑfectioniſ
& meriti.ad qđ dicit̄ ꝙ aliq̄ꝫ
agere uel admīſtrāre dupli
citer contingit.ſi enī ille cui
plꝰ eſt cōmiſſū maiora faci
āt aut plꝰ ſuiat.īdubie pluſ
merēt̄ ꝗ̄ ille cui minꝰ cōmit
titur et minus faciat. ſed ſi
ille cui minus committitur
maiora & perfectiora faci
at ꝛ plꝰ ſeruiat.magis mere
tur ꝗ̄ ille cui magiſ eſt com
miſſum & minꝰ ſeruit. In
utroqꝫ igit̄ ſtatu clericorum
et religioſoꝝ iſta duo reꝑi
ri poſſūt ꝑ q̄ uiſ argumēti
ſoluit̄.ad aliud aūt qđ dice
cebat̄ de merito et ꝑfectioē
qđ cōſiſtit in cura aīaꝝ.ſuꝑ
rēſpōſum eſt in ſolucione ad
argumentū qđ fiebat de pu
blico et cōmuni bono ꝑuato
p̄ferendo. Subſequētē
non obſtat ꝙ dicebat̄ qa li
berare innocentes de manu
ꝑſidoꝝ maxīe ꝑfectioſ &
meriti eſt.adducētes eciam
illud Hieronī qa ſācta ſim
plicitaſ ſolū ſibi ꝓdeſt. ſed
tāto plꝰ nocet ſi contͣdicen

94

tib9 non resistit. dicendū est
ꝙ illa magnitudo meriti in
telligit̃ ex pte mētis qn̄ q̄s
tm̄ pficit ī ɔtēplacioē. ut p
pt̄ deū uelit ītēder̄ saluti p
ximoꝝ etiā cū aliq̄ d̄tmēto
cōtēplacioīs. h̄ enī mō ētuȝ
est ꝙ ad maiorē caritatis p
fectionē ptīēt q̄3 sīplicit̄ ua
car̄ contēplacioni Et h̄ ē ꝙ
Isidor9 ī libro d̄ sūmo bono
ait. bonū est igit̃ corpaliter
remotū esse a mūdo. meli9
remotum esse uolūtate. opti
mum autē3 & pfecti meriti
est utroq3 eē semotū. Ad tū
etiā quia magnitudo meriti
consistit ī magnitudīe cona
tus ad uīcendu3 pmtitudi
nem peccādi. q̄a beat9 est q̄
potuit trāsgredi et non est
trāsgress9 q̄ pmtitudo ma
gis est ministris eccīe q̄3 in
religiosis. dicēdu3 est ꝙ ma
gnitudo meriti homīs erga
deū ex trib9 potest insurgē
Primo ex parte merēti Se
cūdo ex pte pncipii formal̄
quo quis meret̄. Tercio ex
pte opis meritorii. Si igitur
magnitudo meriti pensetur
ex pte merētis. qn̄ aliq̄s cō
tēplacioē dei & in xp̄i amoē
tantū creuit. ut ad tēpus cu

pit detrimētum pati īoe frui
cionis ppt̄ xp̄i gloriā ad p
curandā pximoꝝ salutē mo
do q̄ dicebat apl̄us ad rōa.
ix. cupiebā ego esse anathe
ma a xp̄o p fratrib9 meis. de
quo Criso. dicit in libello de
laudib9 ei9 ꝙ sic ferrum in
ignem missū nō est aliud q̄3
ignis. sic aīa Pauli diuīa caī
tate incēsa non erat aliud q̄3
caritas Talis ḡ pata magis
meret̃ ī uita actiua saluti p
ximoꝝ intēdens q̄3 in uita
contēplatīa contēplacioī uā
cās. Vnde Paul9 hoc elegit
tan q̄3 maioris caritatis & ma
ioris meriti. electio enī nō est
nisi de maioi bono. unde di
cit ad phili. pmo. coartō enī
ex duob9 desideriū habens
dissolui & esse cū xp̄o. qd̄
mihi multo meli9 est. pmanē
autē in caritate necessariu3
ppt̄ uos. & h̄ confidēs scio
q̄a pmanebo oīb9 uobis ad
pfectu3 uestꝝ. sup q̄ uerbo
dicit glosa ꝙ elegit Paulus
n̄ ꝙ sibi meli9 erat. s3 quod
multis expediebat ppt̄ caī
tatē q̄ ſr emiet oīb9. si ueō
consideret̃ prīcipiū forse q̄
quis meret̃. putant aliqui ꝙ
maioris meriti est contēpla

tiua uita q̄ actiua .cū eī prīcipiū formale merendi sit caritas sic magis meritoriū est. diligere deū scđm se q̄ diligere pximū. sic maioris meriti est uita conteplatiua. q̄ directe de suo genere ordinatur ad dilectionē dei. scđm quem modū intelligit illud Grego. vi. moraliū ultīo capitulo Marthe cura nō rep̄hendit. Marie uero cōtemplatio etiā laudat. qa magna sunt uite actiue merita. sz cōtemplatiue sunt potiora. Uerum si consideret op9 meritorū uidet se habere sic excellēcia & excessa qa respectu meriti accidētalis. cum tale meritū det scđm gen9 opis maioris meriti potest esse actiua uita q̄ otemplatiua Et isto modo ne dū epi sed presbiteri & sacdotes curā aīarum habentes in excellētiore & pfectiore statu sūt q̄ religiosi. Et de istis loqt Augusti. ualerio nihil est in hac uita difficili9 piculosi9 laboriosius epi. p̄sbiteri aut dyaconi officio si pfūctorie agatur. sed apud deū nihil beacius si eo modo militet quo noster imparator iubet. si uero

utrūq3 seu utranq3 uitā sumimus respectu meriti essencialis quod respōdet caritati tā q̄ radici merendi. putāt aliqui simpliciē maioris meriti esse contēplatiuā q̄ actiuā3 Alii uero famosi & moderni doctores compādo istas duas uitas ad inuicē distingūt qa ad eorū substāciā simpliciter pocior. & p cōsequens p̄ferenda est contēplacō ut dicit in. c. nisi cū pridē de renūtiacōe. ipa est enī securior & magis suauis. paucissimis indigēs & ppter se eligenda tanq3 quietissīa quorū oria contīgunt opib9 actiue. & scđm hūc modū cōparandi contēplatīa simpliciter est melior & p̄ferenda actiue. Si uero comparant quātū ad eorū usum. tunc subdistīgunt. nam quia us9 respicit opis execucionē. Execucō autē actionis duo respicit. sc3 ipos ad q̄s est. sc3 subditos & ipm exequēte3 sc3 platū. Si pmo mō compent sic actiua p̄ferenda est contemplationi. qa plurib9 utilis est. & magis fructuosa. ut dicit in dicta decretali. licet illa sit securior & magis suauis. quia

in fecūditate sobilis lippitudo Lie Rachabelis pulcritudini est plata ut dicit Gre. sup Eschiele exponēs illud erat Lia lippa sed fecunda Si uero cō penē scdo modo aut est ad illud disposit9 & idone9 aut non. si non tunc melior est sibi us9 contēplatiue q̄a sibi potest ibi pficē sed in actīa nec sibi nec aliis Si uero est idone9. aut accedit uocat9 & necessitatus. aut ppria uolūtate. Si scdo modo cōtēplacio pcellit q̄a actīa nō pcellit nisi pueniat ex coactioē & necessitate. si uero coact9 tūc simplicitē actīa pcellit quo ad usū ei9 & hic siue cogaē a b hoīe siue ex caritate uel ppter necessitatē pxio4. & talibus melior est actīa q̄ꝫ contēplatiua. nā p talē actionē augetur caritas. & ad pferendū ad uersa ꝛ ad contēplandū optīa. & sic sua actio est melior aliis q̄ꝫ sua contēplatio. est & maioris meriti Et sic patet ꝙ q̄ ad usū uite pñtis talis actīa est simpicitē melior. & stat9 ei9. & etiā opera magis meritoria. statem tñ ꝙ contēplacio est realitē pcell

gen ia. q̄a plres repiunē ad hoc idonei q̄ui in actioē deficerēt Si tñ hō eēt a se curt9 ꝙppl9 idigeret et ꝙ bñ gereret curā illā etiā sine piculo peccati posset illā desiderare & se ingerere. et uelle hō magis fieri p se q̄ꝫ p aliū. nec ꝙ hoc essꝫ psumptuosū. q̄a licitū est appetē mai9 meritum sic fecit Jsaias. itaqꝫ tal' uita tanq̄ꝫ bona simplicitē est peligēda. Ex q̄b9 apte mōstraē quō intelligēde sūt rationes adducte. p pte illo4 qui putāt statū cleico4 inferio4 ab epo in pfectiori ēs se statu religionis.

Capitulū. xxv. de excellentia et laudibus uite monastice & religiose. et de pl'ib9 causis ppē quas peligenda sit q̄ꝫ ali9 uiuēdi mod9:.

Onasticā religiosāqꝫ uitā pconiis laudib9 ꝙ efferre non puto aliud fore q̄ꝫ lucē ipsā facib9 adiuuare. habet eni hoc uite gen9 ea oīa q̄ ad bñ beateꝙ uiuēdū ɔferāt. q̄ ad uerā felicitatē conducūt. ut paucis oīa comphendā. id habꝫ ppriū religioso4 uita. ut deo ppinq̄or acceptiorqꝫ ceteris

esse uideat᷑. Qui enim ſquit apl'9. adheret deo un9 ſpūſ est cū eo. Naz et Hiero. fate tur meliores non posse inue niri q̄ꝫ qui in mōsteriſ ꝑfece runt. Unde Augusti. ī libro de opib9 mōchoꝝ. illos san ctiores esse testat᷑ q̄ a cōspe ctu hoim ſapati. pauci ad ſe ꝑbēt accessuz ſꝫ deo ɔtēplā tur. Quiſ enī dubitat q̄n de ſerētes mundū et tumulū ſe culi et ſe a ſecl'i oblectamētiſ ſegregātes xp̄o cōformen᷑ & ab eo faciliuſ ɔfortēt᷑. qd lacio9 ip̄e Augu. ꝑſeq̄t᷑ ſr. il lud apocalipſi. mulier fugit ī ſolitudīe ſꝫ nec q̄ꝫ illud ꝑte mittendū est quōꝫ in ceteriſ hui9 uite occupacioīb9 & ui uēdi modis illd hoīb9 ɔme est ut tp̄a trāſeāt ꝛ nō rede ant. Religioſi tn̄ uiri illd facile agere possūt. non tan tum ne temp9 fugiat ſed ne pereat. Occupant᷑ q̄deꝫ reli gioſi aliq̄n lectioē. pleꝝq̄ꝫ o racioē. nec altera alterā im pedit ſed auget. Succedit demū diuini uerbi ꝑdicacio qua deo nulla ḡtior occupa tio esse potest. Demuꝫ itur ad bonaꝝ artium studia. di ſcunt enī aut docēt ſcribūt q̄ꝫ posteriſ doctrinā ad eru diēdoſ ſaluādoſq̄ꝫ hoīeſ. nul lumq̄ꝫ illiſ tēp9 uacuū est. et cū teste Ciceroē nihil dulci9 bene impēſi t̄pis memoria. hac locupletissimi ſūt religi oſi. In ceteriſ ſiq̄dē uiuēdi modiſ ɔſiderem9 hoīm t̄pa Primo infantiā ipſā ſiue pue ritiā in uanos ludos. Adole ſcentiā & iuuētutē ī libidinē & auaritiā. Senectā uero et ſeniū in q̄relas. in cruciat9 ꝛ doloriſ corpiſ. in ſuſpiria ꝛ lamēta cōſumim9. Religioſi uero infantiā in artib9 addi ſcēdis. in diuio cultu ꝑimē do. Adoleſcētiaꝫ uero in alci orib9 studiiſ. Senectutē ue ro ī docendo in ꝑdicādo de o q̄ꝫ uacādo & contēplando fructuoſe expendunt. Et ut pauci agam9 int᷑ monasticā uitā et ceteraſ uiuēdi formu las. illud int᷑ est. q̄a q̄ magiſ illi nitun᷑ ut ſalui fiāt. tantū isti conant᷑ ut pereāt. quīmo q̄ntuꝫ illi ad ſaluandū nos inuitāt adiuuāt atq̄ꝫ cogūt. tantū nos ipoſ ꝑpedim9.

Ceteꝝ religioſoꝝ uita ex quīq̄ꝫ cauſis excellētior atq̄ꝫ ꝑfectior ceteris uidet᷑. Primo q̄dē q̄a dignior ue

luti quā xp̄s eligere uisꝰ est et apl'i secuti sunt. Secūdo qa securiꝰ. nā ut īquit Aug. p mille cadētibꝰ in religioē cadet dēcē milia in seculari uita. Tercio excellētior est uita monastica quia dulcior atq3 iocūdior. non enī hab3 amaritudinē ꝯuersacō eius nec tediū ꝯuictꝰ illiꝰ. s3 gau diū & leticiā. Quarto qa san tior et deo ꝓximior p adhe sionē contēplacioīs. uñ qdā sapiēs religiosoꝝ uitā recte p dexterā designat. secula rem uero uitā p sinistrā. un de sup illo. leua eiꝰ sup capi te meo & dextera illiꝰ am plexabit̄ me. Recte inqt se cularis uita sub leua eccl'e po nit̄ qa iuuat ad sustētacionē Sed dextra id est uita religi osa. xp̄m sponsū eccl'e āple xat̄ dū eiꝰ innocēcie & con tēplatioīs āplexibꝰ delecta tur. Sed & his alia qnq3 ad denda sūt ꝓpt̄ q̄ monastica uita ꝑfecitssīa atq3 excellē tissima habet̄ Priō qa tpali um sollicitudīs minꝰ habet Secūdo qa ad spūalez adhe sionē maiorez habet aptitu dinē. Tercio qa maiorē recō pēsacioz ab ea sperat Quar

to qa in ea maiorē unusqsq3 habet sui potestatē et fruici onez. Quīto quia in ea unꝰ quisq3 faciliꝰ uitat hūanoꝝ piculoꝝ ꝓmptitudīes: Rur sus monastici uiri nedū ī his sed pluris aliis cunctis uite modis p̄ferunt̄ Alibi enī ne gociantes foris qetē q̄runt quā religiosi īt̄ se habēt. Illi tpalibꝰ student. secularibꝰ implicant̄. uanitatibꝰ inuol uunt̄. & dū inferiores pluri mos habere delectant̄. ab i teriorībꝰ et supioribꝰ elon gant̄. distrahunt̄ alibi hoi nes ꝓpt̄ ea q̄ foris sūt. et in feliciter amittūt p̄ciosiora q̄ īt̄ se sūt ut recte cū Bernado dicāt. q̄nto magis ad mun dum accedimꝰ tāto magis a deo recedimꝰ. Desiderāt enī qui extra religionē de gunt uideri sapiētes. dū ope rum bonoꝝ penuria et uera sapiētia stulti efficiunt̄. Cre dunt foris lucrari dū seipsos pdunt. celestia appetere ui dent̄. dū carnei eis oculi sūt quāto magis in tpalibꝰ red dunt̄ solliciti. tāto magis a spūalibꝰ exitiunt̄ mendici ceci qppe sīt & duces cecoꝝ oīa enī disponere ordiare

& scire psumūt: dū seipos di strabūt: Illa pterea differē cia int̄ seclares & religiosos aptissia est quōm ut inquit Hugo de sctō Victore In il lis uigilat spūs dei. dū i cete ris dormit. uiget in illis ra tio. in istis sens9. in his racō extīguit̄. feruet i illis amor dei. in istis amor mundi: hi mundū diligūt. du3 illi relin quūt. illi oīm obliuiscunt̄. & un9q̄sq3 unicē matrꝭ sue cō tinuo recordatur. isti uero oīm q̄ sūt mūdo recordant̄ & obliuiscuntur Illi caduca hec et terrena āplectunt̄. & ad ea sūope aspirāt. dū isti ad ea q̄ sup̄ trā sūt dsidrāt hi gressu pprio currūt ad i teritū. dū mōstici ad salutē festināt Religiosi oīa pter deū dimittūt. dū tpales uiri deū relinquūt ppt̄ oīa. Sed certe nō fallunt̄. ea enī funt sta cecitas uicem eis reddit q̄a cū ppt̄ eos oīa de9 fecerit isti ppt̄ deum illa dimittūt q̄re iuste eos oīa dimittunt. Seculares deiq3 prudentio res uident̄. in q̄ re hui9 secu li se hoies cōpbāt. q̄a ut scri ptu3 est. filii hui9 seculi pru dentiores sūt filiis lucis. Isti ad ea q̄ dei sunt tardi. pigri et pidi atq3 inercer st. nec cogi tant q̄ tendē debeāt. uiā sci ant sed sciēter deuiāt. & si q eam nesciūt illā nō inqrunt. Quimo religiosoꝝ uitā. q̄a humilē. quia seculo obiectā. q̄a mollib9 nō indutā abici unt et uitā eoꝝ putāt insani am. Qui paulop9 uidebunt quō cōputati sūt in numero sanctoꝝ. et sors illoꝝ inter̄ num. Patet g̊ hui9 reglaris et mōstice sūma excellēcia. et pfectio sup ceteros tempo rales status.

Capitulū. xxvi. de diffi cultatib9 uite religiose et de aborib9 et aculeis religioso rum in genere.

Religiosa3 atq3 mo nasticā uitā laudabi lem atq3 pfecta3 & deo acceptā esse nemo est q̄ ambigat. ueꝝ alia aliis con gruūt. & diuersi ad diuersa aptiores sūt. Deniq3 aliud ē religiosū esse. aliud religiose uiuere. Multi religiosi sunt noiē. pauci re. plurimi religi ose uiuere ceperūt qui supsti ciosa uita finierūt. & ut q̄dā ait sapiēs. dulce negotium iocūndū nomē religiōis est

sed pgressꝰ difficiľ. uelut i
in q̄ uite statu hoi̅ libertas.
uoluntas ac uoluptas & af
fluētia adimiť. & ut breuibꝰ
dicā. ipa q̄ꝫ que natura cōce
dit. sācta religio phibet. Fa
teor ī mōsteriis deꝰ ipe nosci
tur. ibi dei noticia. amor &
cultꝰ habenť. ea tn̄ ī ceteris
uite statibꝰ impleri possunt
et utinā tā digne tā recte im
plerenť ab hoībꝰ q̄ꝫ sciunť.
Scit eni̅ unusquisq̄ꝫ quō deo
placere possit. idq̄ꝫ si agat
uere religiosꝰ est. Se eni̅ de
o ille religat q̄ in pietate &
hūilitate deū colit et insolēci
as stirpat. Fateor ea cōmo
diꝰ in mōsteriis fieri si facul
tas corpis animiq̄ꝫ uires sup
petūt. Deniq̄ꝫ qetē animi in
religioē mōstica iueniri aiūt
qbꝰ ego dicē possē. si qetē
aī speras aut optas cur ğ in
bello stas quocūq̄ꝫ igiť ī sta
tu uiuas q̄s tibi bellū infert
nisi tu unus. qd̄ ergo tu tibi
auferes q̄re ī alio statu speras
Deniq̄ꝫ ꝯsidera illd̄ Isidori
quōꝫ ad dei qetudinē nō ac
cedit passibꝰ corpis. sꝫ mē
tis speculacioībꝰ. Vidisti tu
plimos religiosos habitu in
dutos p īqetudīes discurrē

tes. apostotātes & alios p
pter inopiā reꝝ necessaria
rū ab incepto ope cadētes.
dē quibꝰ scriptū est: quōꝫ p
pter inopiā multi deliqrunt
Quāq̄ꝫ illud fateor nō sacre
religioī. sꝫ eoꝝ ipbitate ipu
tandū est. ueꝝ tn̄ deliberati
one & ꝯsilio nō puo opus
est. Quare ut ego puto mo
nastica religiosaq̄ꝫ uita ab il
lis potissīe eligēda est. q ca
sum non timēt. inpfectis eni̅
et fragilibꝰ. & nō uitiorum
mortificationem supantibꝰ
expiendū dixeri n̄ pfitēdū
aut ueriꝰ differēdū. Pre
terea religiosi nonnulli huiꝰ
tempis abutero r̄gule sue ab
errātes quo eni̅ mō conuer
senť quo ue obediētie paup
tatis et castitatis tramite re
ligionē obseruēt tuipe nosti
i quibꝰ ut mihi uideť maior
est piculi timor: q̄ꝫ spes pfi
tiendi. Hic qdam sapiens il
lud trenoꝝ exponens lapi
des sāctuarii dispsi sūt Plā
gunť inqt religiosi iplicati
tempalibꝰ negotiis. qa nō
est actio secularis uite. quaꝫ
quam hodie nō admīstrent
religiosi. discurre singuloꝝ
occupationes & officia re

ligiosos adesse uideb. Secularia enī negocia seculariter ptractāt. ad q̄ utinā pficiē di grā· aut uocati accederēt Sed phdolor sese ingerunt cupiditati adipiscēde dignitatis grā. aut forte lasciuitatis & habēde exēptiōis. ut excutiāt collū ab obediētia suoꝝ platoꝝ. agētes ꝯ pncipalia eoruꝫ uota. p q̄ꝝ obligationē positi sūt in statu pfectiōis. Et q̄q̄ prauoꝝ hominū facta bonos a bono n̄ retrahāt. qnīmo sicͭ pena suos tenet actorē. sic īnocētia suos tenet sectatores. Nihilominꝰ hec q̄rundā religiosoꝝ praua exēpla. etsi aliq̄s a religiōe peītꝰ nō arceāt· cogunt tn̄ ut differāt q̄usq̄ se experiant. Quibꝰ colligitͭ hūc statū nō paꝝ laboris et difficultatis habere.

Capitulū· xxvii. pticularius & latiꝰ de pmtitudine pticuloꝝ huiꝰmodi statꝰ ī spē & de malis religiosis & abusibꝰ illoꝝ·

Ost difficultates & labores pdictos. q̄s nonnulli in generē ꝯddurūt c̄ca mōsticam uitā afferūt· & alia pticularīꝰ de pmptitudīe piculi huiꝰ status Aiunt enī q̄a picula monastice uite ex pluribꝰ ꝯspicere libet. eo psertī q̄a cum pctā effugere uix possimꝰ cōstat in eodē genere peccādi longe g̃uiꝰ religiosos peccare q̄ ceteros hoīes. Quis enī dubitat ut scūs Thomas refert. religiosuꝫ grauiꝰ peccare fornicādo ꝯ uotū cōtinētie g̃uiꝰ peccare ꝯ uotū paupertatis. g̃uiꝰ deīq̄ peccare ꝯ uotū īobediētie. Deīde quis dubitat religiosū grauiꝰ peccare ex contēptu. q̄a ut scti aiūt doctores. p ꝯtēptum uidetͭ ingr̃tꝰ bn̄ficii recepti· cū p religionē sublimatꝰ sit ad pfectōis statū· qnīmo et dei filiū cōculcat atq̄ uitupat p ꝯtēptū· contͭ quos Hieroīꝰ conq̄ri uidetͭ inquiens illud sapiētis. quid est q̄d dilectꝰ meꝰ ī domo m̄a facit scelerͣ multa Deīq̄ g̃uiꝰ peccat p pter pmpta scādala· cū multi eius uitā ut speculū respiciunt. quos idē Hiero· signat ait enī cū pph̄a Jeremia ui uidi silr̃itudinē adulterii. & iter mēdacii ꝯfortauerūt manus pessīoꝝ· nō ut cōuerteretͭ unꝰquisq̄ a malitia sua.

Cōfortauerūt Inquā manūs pessīoꝝ.quia malo eoꝝ exē plo mali q̄pāmodo cōfortari uident·eos uidelicȝ sequen do in sceleribꝰ·q̄s seq̄ debu erūt pie & scte uiuēdo. Est igit̄ piculosꝰ ɔtēptꝰ i religi oso q̄a ut Thomas ait.cū re ligiosꝰ ueīt in cōtemptū.in corrigibił efficit̄.⁊ oīm est pessimus. Adducens illud Hiereīe. ɔfregisti iugū & di rupisti uīcula mea Vn̄ Bern. ad Eugeniū·q̄ malō puersi tas.q̄ maior ɔtēptus q̄ȝ post pfectioīs uotiuā pmissionē uolūtariā obligacōȝ.pꝰ sacri habitꝰ susceptionēȝ.pꝰ exē ploꝝ uirtuosoꝝ patꝝ multi tudinē & pfectionē redire ad pctā sic cais ad uomituȝ Jlloꝝ pcepta ɔtemnē q̄s to ciꝰ uite et actioīs sue iudices loco dei elegit:et subdit ma gna mōchi dignitas.sed ma gna eius dānatio·si que sūt monachi agere ptermittit. Ceteꝝ huiꝰ statꝰ labores & difficultates nō negauit Au gus. ad Vīcentiū donatistā ait enī fateor caritati uestre corā dn̄o dō q̄ nr̄o.q testis ē sr̄ aīaȝ meā.ex deo seruire cepi·quōȝ difficile sū exptꝰ meliores nō posse iuenire q̄ȝ qui ī mōsteriis pfecerūt.ita nec peiores q̄ȝ qui in mōsteri is defecerūt.ut hic arbitror ī apocalipsi esse dictū Iustꝰ iustificitur adhūc.& q ī sor dibꝰ est sordescet adhuc Ac tendēda g̊ sūt Augu.uerba fatet̄ enī meliores nō repiri q̄ȝ qui in mōsterio pfecerūt sȝ nec peiores q̄ȝ q defecerūt Constat enī longe plꝫs de ficere q̄ȝ pficē Nā ut Hiero. Inq̄t rara est uirtꝰ atq̄ȝ diffi cilis & a paucis appetit̄ Sȝ & phꝰ i ethicis ait.difficile admodū for̄ tener̄ m̄diū uir tutis.q̄re lōge plꝫs deficiūt q̄ȝ attingūt:ueluti sagittātes ad signū mediū plꝫta defici unt q̄ȝ signū tangūt.Vn̄ qui daȝ sapiēs nō mirat̄ q̄re plꝫs hoīes sint uitiosi q̄ȝ uirtuosi maxime q̄a peccare multis modis ɔtingit.& unico defe ctu q̄s reddit̄ uiciosꝰ.sȝ ne quaq̄ȝ q̄s uirtuosꝰ & inocēs erit nisi oī cōcurrēte uirtute que inuicē cōnexe noscunt̄. Vn̄ saluator multos fore uo catos ait sȝ paucos electos. Et ppheta clamat·q̄a mul ti q̄ȝ defecerūt:& iteꝝ.omēs sił inutiles facti sūt nō est q̄

faciat bonū.ut bonoꝝ rarita
tez atqꝫ pcitatē designaret
Cū ḡ in omī statu pl'ēs defi
cere arbitrādum sit.religio
sos ḡui9 deficē nō ē ābiguū
Quis enī non cernit religio
soꝝ tā copiosā numerosita
tem.sꝫ q́s nō uidet tāpauco
rum sctītatē Quis nō cernit
multoꝝ religiosoꝝ supbiaꝫ
& elacionē.sꝫ quis nō uidet
paucoꝝ huīliationē Plurimi
certe sūt religiosi sed proh
dolor tales ut cū Bernardo
loquar sub habitu religioīs
animū secularē.et sub pānis
ɔuersioīs habere īueniānt
cor altū in seculo et puersū
ad religioīs opera De qb9
idē Bern.ait doleo de multi
qui p9 spretā ppl'i pōpaꝫ cō
uersari deberēt in scola huīli
tatis.ḡuiu9 īsolescēt et īpatiē
tes ālig9 fieri ī claustro.q̄ȝ fuis
sent ī seculo:et ꝙ magis pi
culosū est.pleriqꝫ in religioē
nō patiunt se haberi ɔtēptui
qui ī domo sua seculariē uiuē
tes.non nisi ɔtēptibiles esse
potuerūt.Preterea ī eo uer
sat q̄ȝmaxīe religiosoꝝ picu
lum.qa cū sint religati deo
duꝫ se ligatos fore dolēt.sē
āmittūt solutos.nō ɔsiderāt
tes ꝙ bn̄ ligata securi9 custo
diunt.soluta uero facile pdū
tur.Multis rurs9 aculeis &
laborib9 stat9 religioīs est
referto & pl'imis piculis ex
posit9 Quis enī dubitat te
ste Bernā.ḡuissimū esse int
asuetas epulas esurirē ī dlici
as pteitas macerai.iē uestes
pciosas et multas algere.&
int diuicias q̄s ostēdit mun
dus offert dyabol9 .deside
rat noster appetit9 ea ɔtemīs
nere Profecto tāto hec ḡui
ora existūt.quāto grauī9 ā
paucioribꝫ tolerant.Fateō
certe qa ut Bern.ait non de
sunt religiosi ī claustro.q. h̄
pacto uolūt esse paupes.ut
nihil eis desit Deiqꝫ uolo.re
ligiosi casti sint & paupes.
Quid tn̄ dices de piculo ar
rogātie.uane gl'e.q̄ nō nisi
meliores tēptat.Dn̄ Jeroī9
pl9 est deposuisse aīm.q̄ȝ cul
tum.difficili9 arrogātia q̄ȝ
auro careg & gēmis.his enī
abiectis gl'osi iuterdū tume
mus sordib9.et uēdibilē pau
ptatē populari aure offeri
mus.Sed ad alia trāseam9.
Quis tal' religios9 est:quē
Bernar:ipe describit.qui in
nullo prs9 aut resistit pori

b9 aut iuideat paribg aut sō iectus plene obsequat. sociis cōgrues. subiectis utilis omī bus cōdescendēs. fugax uo luptatis. appstitor laboris. paciēs abiectiois. ipaciens honoris. paup i pecuia. diues in sciēcia. huilis ad merita. supb9 ad uicia. qui ita huic mūdo morit ut soli deo uiu delectet. De his Eusebius dicebat. quoniā taliter i mo nastario uiuē pfectio est. sz aliter cōuersatio magna dā natio est. sed certe potig eas imitant. de qbus idem ber nard9 ait quoniā supbie in obediētie & auaritie studēt quaz prime culpe casg attu lit & labor. tertie lapsg tie tur. His tribus piculis tres claustraliū ordies subitiūt scz qui sedem plationis que rūt. & pesse nō ualēt. Alii q nc obediūt nc obedire uolūt Tertii familiares Jnde. locu los portātes & inoculto de trahentes. Sed ut paucis multa cōphendā. si studi a. si mores. si uitā plurimo rum religiosoz cognoscere uis: considera quia illis ca pitulū hostis est. extra mur mur & iuidia. i nocte nullas

uigilias habent nec in die labores. laborat mōachus ut fiat abbas. abbas uentro sus. prior igrassat medic9 blandit potētibg terrena diligit. suspitios9 claustral bursarius peccuios9: ifirma rius concubiarius capitosg sacrista: sine oratioe cōuer si. fratres ad questū pdicāt gardian9 eqtat. puitial p clamat. generat generat. Preterea d hg statg piculo uide qd bernard9 dicat in quadam epla. moriens uix unquā aliquis i cella ad iser num descēdit. quia uix un quā i celo pdestiatg i ea us qz ad mortem psistit. Jtē labores picla h9 statūs ap tissie demōstrat. Grego. i registro iquiēs. uos qui uiā uite extra hoim frequētiā ducit. tanto maiora certa mia pati necesse est. quoni az ad uos magister ipe tēp tationū accedit. Ceteȝ ex multitudine pceptorum & onerum. religionū. piculoz & difficultas huius status cōphendit Nam ut dicit augustin9 ubi sunt mlte p ceptiones ibi sūt mlte trās gressiones. Habēt eni reli

giosi longe plra . pcepta.q̃
quicumq; hoies aliorũ sta
tuũ imo plerũq; ut sup dixi
qd aliis meritũ. sibi ad pec
catũ & piculũ est. nec iuuat
si dicas·non oia pcepta obli
gant. Quibus Hiero. respon
det in qdam epla. non ideo
putet q deo se obtulit. aliq̃
contenenda esse mãdata q
a leuia sũt. tam eni maxima
illa q̃ mima imparata sunt
& otept9 uni9 pcepti pcipi
enti iiuria est. Et sequit in
qcunq; eniz statu in quouis
gdu equale peccatũ est. uel
phibita dimitte.uel iussa ñ
facere. Et Bern. ait. iussa si
ne culpa nõ negligunt. & sñ
crimie non contenunt. O q̃
multa sũt hodie i religioib9
pcepta. O quot uicula multi
plicata. O q̃ pauca & tarda
remedia De qbus xps dicẽ
bidet. alligãt onera grauia
et importabilia. et iponũt ea
in humeris hoim. Cõtra hos
multiplicãtes pcepta cõmia
tur de9 duas maledictioes
Prima est ue uobis scribie &
phatisei ypocrite q claudi
tis regnũ celoꝝ añ homies
ubi nõ intratis nec pmittitis
alios intrare. Scda est ue uo

bis scribe & pharisei. q deeia
tis mentã et anetã. et relin
quitis q̃ grauia sũt scilicet le
gis iuditiuz misericordiã &
fidẽ. Forte dicet q̃spiã fatẽ
dum esse plima religionũ p
cepta. plima onera ex qb9
necesse est plimã sequant
pctã. Fatendũ etiam plima
esse in religioe picula inco
moda. plres difficultates &
labores Veꝝ tñ ex plurimis
bonis q̃ religiosi agũt. facili9
credit absorbi posse. sed &
pmptio ab eis resurgẽ ualẽ
bunt. pserti ppt intẽtionez
quam habet ad deũ erectã.
Accedit qa habẽt socios a q
bus iuuẽt. ad quos dici pos
sunt. que tetigi sup in. xxiiii
capitulo Demũ fateor possi
bile illud est. sed difficile di
xerim. pcepta eni apta sũt.
impletiones dubie. manda
ta certa. trãsgressiones cer
tiores. uitia nõ occulta sunt
bona non uident. picula ma
nifesta existunt. nec sine di
scrimie incurrunt. remedia
uero dubia. nec sine magnis
laborib9 querunt. facili9 ca
dim9 q̃ resurgam9. socii ue
ro an iuuẽt eũ qui se ledere
uult. unusq̃sq; cõsideret de

quib9 quidā sapiens ait. q d iuuat amic9 si aīg amicitior ledit: Fatcor tñ boīs et deo dicatis religiosis. picula dif ficultates. Labores hui9mo di quedā certamīa. q̄daȝ ex ercitaciones existunt. que religiose uiuentes eo magis coronāt. atq; ut supra dixi cū d̄ picul & laboib9 stat9 eccīstici egi. non est in culpa religio sed abutētib9 religi one. Nec est impbatio ī reli gione sed d̄turpātib9 religi onē. in q̄ non est miꝝ si sit multitudo piculoꝝ. ubi uio lentib9 & bn̄ militātib9 ēst cumul9 donoꝝ. Nam ut ait Hugo de sctō Victore. omī statui est benigna religio. a bundās paupi. mediocribus sufficiēs. tolerabil diuiti. in firmis larga. dedicatis cōpa tiēs. penitētib9 miserās. per uersis seuera. bonis optīa. Et Crisosti. religio nunq̄ se nescit. fatigationē nō sentit ex quib9 oīb9 apte mōstra tur. hui9 uite & stat9 piculū labor & difficultas simul & utilitas.

Capitulū. xxviii. de incli nacōe & disposicōe natura lis & diuersitate cōplexionū & abilitatū hoīm q̄ntuȝ ad religionē. et cōsilio in talib9.

Ltra p̄dicta nōnulli cautos agunt et at tentos religionē in gredi uolentes. ut inclīacōes sus ac disposicōes naturales & cōplexiones attēdant. ui resq; suas discutiāt. Tandē quidā illis ēca p̄dicta cōsilia Aiūt enī q a scd̄m ātiquoꝝ sapiētū sententias. diuersi diuersos penitus uiuēdi mo dos aut inclinant aut dispo nunt. Diuersitas autē & dis similitudo aut disparitas ui uendi uni9 ad alterū. ut ī pol liticis īqu it ph9. ex triplici radice pcedit Primo ex na tura siue q̄litate diuersa non nullos ex diuersitate cōple xionis loci cp ī q uiuit. natu raliter ad diuersa ferri uide mus. nōnullos enī inclinare cōspicim9 ad bn̄ pollitican dum in re. p. alios ad militā dum. alios ad artifitia: alios ad artifitiū & cultū diuinuȝ nec solū ad hec exercitia sȝ aīe passiones diuersimodē disponunt. quoniā aliqui ad uerecūdiaȝ. alii ad iram. alii ad tristitiā inclinant. Com

plexioīs ḡ diuersitas & re gionis q̄litas addiuersa pec tus in clinat etiam quo ad mores Quāto enī humana complexio simplitior & pu rior est tanto sensꝰ exterio res uiuatiores potentiores atq̄ subtiliores reddunt̄. q̄ sic ut p cōsequēs intellectus hoīs eo magis sit purior & subtilior. Idq̄ ex eo patꝫ es se maīfestū quōꝫ q̄diu sensꝰ ipi exteiores uiuaciores exi istūt tāto magꝭ ītellectui de seruie possūt. quoniā ītelle ctus ipse nihil agit aut ītelli git q̄ diu in hoīe existit nisi cū misterio sensꝰ. q̄re recte Aristoteles q̄ a anīe sequunt̄ copor̄ Et alibi li̇b d̄ aīa ait molles carne aptos mēte di cimus. Anima ḡ siue intelle ctus huānꝰ nō exercet opa tiones suas nisi mediātibus organis corpis. quia eodeꝫ pho teste. nihil est in intelle ctu quin priꝰ fuerit in sensu. Ex q̄ radice pcedit illa cau sa a multis ignorata. q̄re in tellectus humanus q̄nq̄ fati gat̄. qd̄ licet impprie dictū sit. tñ intellectū fatigari di cimꝰ non scd̄m se sed scd̄m sensꝰ exteriores. cūm quibꝰ agere debet intellectꝰ ipse.

Ex q̄bꝰ oībꝰ cōstat q̄ abili taut̄ seu disponunt̄ hoīnes ad hūc uel illū modū uiuēdi scd̄m q̄ peiꝰ uel melius con plexio illarū ē disposita et q̄q̄ aīa ipa eque pfecta exi stat tñ aliq̄n eligit unū uiuē di modū sibi acomodatum et in eo faciliꝰ bñ opat̄. si or gana corpis meliꝰ habet di sposita & complexionata. q̄ inclinatiue non completiue ad h̄ uel illud disponūt. Se cundo diuersitas modi uiuē di contigit plerunq̄ & diuē sa consuetudīe q̄ natura imi tat̄. & illa ad unuꝫ modū ui uendi trahit. alios ad alium Tercio hec disparitas uiuē di contigit nōnunq̄ ex spiri tuali diuīa influētia que q̄n & quomō uult hūc trahit ad unuꝫ uiuendi modū. aliū ad aliū sine tñ offensioē unius cuiusq̄ liberi ȧbitrii. put sue Inscrutabili placet puidētie Quicunq̄ hoc modo trahit̄ ad uitam monasticā. laudet deū qui traxit ⁊ ppperet ad locū quē sibi mōstrat deus. et relictis urbibꝰ & eaꝝ ille cebris. nadat saluari in segō Verum secūdus modus con

suetudinari9 eos repête non iuuat. q̄ delicate ī urbib9 nu triti sūt. s3 op9 ē ɔsuetudīe3 pnitiosā ǵria ɔsuetudīe pau latim deuincere. Si uero pri mum modū attēdunt. recur rant ad cōplexionem predī ximo ad naturā suā. ad incli nationē. ad dispositionē in terioris hoīs sui unusq̄sq̧ re currat. desq̧ ad uires corpis sui & seipos & intra seipsos diiudicēt. & de se magis sibi q̄3 aliis credāt. Concludūt ḡ & consulūt nōnulli scribētes ut qui indeliberacōe pēdet. an religiosā uitam assumat. cuncta aīo digerat. & id eli gat qd̄ portare & continua re possit. Nec uolum9 q̄ teti gimus dicta esse aīo dissua dendi religiois īgressū ma xime qa nō ignoram9 nemi nem sine ḡui peccato religi onis uitā alicui aut ꝓhibere aut impedire posse. iuuēib9 ꝑsertī. na3 adolescēti uolēti uiā ꝑfectiois dixit xp̄s. uen de omīa q̄ habes et da pau peribus. et ueni et sequē me Unde quidā sapiēs ait. qui adolescentē a religione retra hunt similes sunt phariseis q̄b9 ore saluatoris dictū est

ue uob quia nec uos intratis in regnū celoꝝ nec alios si nitis intrare. Verūtn̄ religio nis ingress9 de cōsilio sit & de opib9 suprogatoīs onus q̄sq̧ ut dictū est ad se recur rat uiresq̧ suas discutiat. fra gilitati sue ɔplexioī natur cō suetudī ɔsulat. et si pōt cape re capiat Dicar enī r̄ligar se deo optimū est Sed cogitet qui religione3 īrat laborio sam uiā. iter arduū atq̧ diffi cile aggredi. nec ad tp9. s3 q̄3diu uixerit religioīs oner necesse est sustineat. illudq̧ semp in mētem ueniat quia sic manū ponat ad laborio su3 aratꝝ. ne respiciat retro quia aptus nō erit regno ce lorūm. Fatemur tamē quia ea q̄ tetigim9 incliatiue nō completiue ad h̄ uel illud di sponūt. Potēs est de9 abūda re et facere gratiā nob. q̄ de lapidib9 istis potest suscita re filios Abrae. de lapidib9 īquam id est de īduratis et īflexibilib9 animis hoīm. nō natur uel ɔplexioē. sed solū etiam depuatioē et malitia potest suscitare filios Abrae id est reddē eos flexibiles. et obsequētissimos ad obe

dientiā et cetera onera reli gionū. non tamē ī̄pbamus qui unq̄ȝ̄sq̄ȝ fragilitatē uires q̄ȝ suas discutiat. et cū cōsilii sit religionē īgredi ut supra dictū est. si pt capē capiat.

Capitulū. xxix. de comparatione religiosorū inter se ad īuicem. & primo de comparatione solitariorū ad socialem uitā agentes. & que uita pfectior sit altera.

Habita est igitur supius compatio et differentia horum duorum statuum. clericalis uidelicet & regularis inter se ad īuicēm compatorū. & qualiter alteri aut equatur. aut pponatur quo ad pfectionē statuū. & quis sit eligibilior put pfectior aut put humanior. Jā supest ut stat9 religiosorū inter se ad inuicē distīguantur et comparētur quo ad pfectionis statū. Et primo de religiosis solitariis compatis ad uitā sotialem agentes. Quantum igitur ad religiosum statū inter se considerādum. et compandum duplicē fore puto differētiā religiosorū quorūdā qui solitariā et anacoriticā uitā ducunt. aliorū qui socialē. De solitariis ergo primo dicendum est. de inde de socialē uitā agētib9. De primis itaq̄ȝ anonnullis sanctis doctoribus asserit illos omnes ceteros religiosos excellentia uite stat9 pfectione anteire sic de antonio legimus. sic de paulo primo heremitā. necnō benedicto. et pmlis macarionib9 et complurimis aliis. de quib9 augusti. in libro de opib9 monachorū ait illos monachos sāctiōes esse. qui a conspectū hoīm segregati nulli ad se pbent accessū. Alii uero distīguēdum putāt. qa uel loqmur de pfectionis statu. uel de pfectionis ope. Utroq̄ȝ autē modo solitaria uita maiorem pfectionem acqrit q̄ȝ socialis. Quorum ratio est quoniā uita socialis stat9 est uolentiū pfici p instructionem ī intellectu et p correctionē ī effectu. cum aliquādo cōtigat a uia pfectionis deuiare. Sed solitaria uita est pfectorū. et taliū qui nullo istorū īdigeāt. Solitarie

enĩ uiuẽtes & aliorũ consor
tia aspnantes· & ciuiliter &
sotialiter non cõuersantes·
necessario ut phus ait ĩ po
licicis .uel sunt ut bestie .uel
sunt homĩes meliores .Vñ
non solum scdm sactorum·sꝫ
scdm philosophorum sentẽti
as solitarie & uirtuose uiuẽ
pfectorum est .& magis tales
debẽt dici quidaꝫ dii q̃ ho
mines .uel tanq̃ supmi & p
fectissimi homĩes·nõ soluꝫ
honorãdi.sꝫ potiꝰ admirã
di sunt .Quãto ergo statꝰ
pfectorum excedit statũ pfiti
endoruꝫ .tãto solitaria uita
monachorum excedit uitã q̃
rumcũq; religiosorum socialit̃
uiuẽtium·Si uero loquamur
de pfectionis ope· hoc idẽ
putãt .Opꝰ enĩ uite solitaie
contẽplatio est.social' uero
uite actio est utriusq; opis
ĩ quibusdã cõmixtio . Pla
num est autẽ q contẽplatio
pemĩet actioni .& est opꝰ
magne pfectionis non solũ
ppt̃ xpi uerba.de martha
et maria commuĩter recita
tã .sed ppt̃ xpi exempluꝫ
imitãdum ·De quo scribit̃
apud ·Lucã q exiit ĩ mon
teꝫ orare·et erat pnoctans
in ortione·& hoc sit ppter
facilius diuinũ auxilium im
petrãdũ . Nõ enĩ dixit exi
it ad turbas ·ã ad urbes or
re·sꝫ ĩ mõtẽ uaste solitudĩs
ubi enĩ deest auxiliũ hũanũ
solitudĩs locus aptꝰ est ad
impertãduꝫ diuinũ auxiliũ
qa cũ iguoramus qd agere
debeamꝰ .hoc solum habẽ
amꝰ rfugii ut oculos nostros
dirigamꝰ ad deũ.Itẽ q̃rit̃
solitudo .ppter tumultũ se
culi fugiẽdum deserẽs enĩ
mundũ et tumultũ seculi.et
sperãs se nõ solũ a uoluptati
bus mundi .sed a iocũdita
te sociali :confortat̃ a xpo
ut .glo ait super illo uerbo·
apocalip.xii. mulier fugit
in solitudĩeꝫ :Circa pdicta
tñ que de sanctitate uite so
litarie dicta sunt:dicam qd
animũ pulsat .Alia est eniꝫ
ratio illiꝰ antiqui tẽporis·
alia moderni . Si enĩ uiros
solitarios consideramꝰ.illos
uidelicet qui in primitĩa ec
clesia floruerũt :uerissimũꝫ
puto illos fuisse pfecctioris
et sanctioris uite ceteris so
cialem uitã agẽtibꝰ·Eo enĩ
tpe nõ artabantur fideles
tot canonũ id est decreto

rum pcepta censuris aut pe nis. Nec erant tūc ut ita di xerim tot laquei leguz seu constitutionū. excommuni cationū siue censurarū. a q bus uix fideles etiaz diligē tissimi et tīorati rspirare et preuꝫ possūt. nō tot ieiuīa īdicta. nō uigilie. nō silētia non diuturna pariter & noc turna diuīa offitia dicti ac ex pcepta dicenda denicꝫ tot festa colēda. non tā cre bra cōfessio & corpis xpi cōmunicatio. nō tot obediē tiaꝝ pstationes. sicut mō fi deles artātur aut potiꝰ īuol uunt. Ita ut recte de platis eccl'e dici possit illud chri sti. qui alligant onera īsup portabilia & cetera. Unde si aliqua hꝰmoi ī illa pmiti ua ecclesia seruabant. erāt tn̄ uolūtatis. q̄ ptūc trāsgre di peccatū nō erat. qa non dum phibita. Nūc uero ea om̄a que diximꝰ & cōplu ra alia ab ecclesia addita & quottidie scd̄m hoīm tem poris malitiaz expedit. ut augeātur et sub pcepto iniū gūt. q̄ꝝ ignorātia aliquē nō excusat. et omēs etiā solita rios ad obseruationē ligāt

Cum igit ea om̄a nō soluz facē sz et sciere difficile sit et fere īpossibile. non soluz anacoritis. et ī heremo uitaz agentibꝰ. qui hoīm conuer sationes fugiūt. et oīm reꝝ necessariaꝝ penuriā habēt sed etiā his qui urb īcolunt. Ideo putamꝰ sine offensio ne ueritatis pbabilitē dici pos se. modernis tempibꝰ uitā heremiticā non posse repi ri illius pfectionis & sancti monie. sicut priscis illis tem poribꝰ. quīimmo piculosā ad modū fore et difficulter cūcta ecclesie statuta obser uare posse. Nisi forte aliqs dicat qꝫ anacorite pdicti iā adeo pfecti sunt et tam fix um animū in dei amore ha bent. ut ab his ligamētis li beri sint. et pdicta pcepta habeant in pparatione ani mi. Quibus non facile assē tio. qa cum d ecclesia sint pceptis ecclesie ligari mani festū est. nisi puilegiati re periātur. aut diuītꝰ alter fu erit releuatū

Capitulū. xxx. de com paratione religiosoruz uitā sotialē agētiū īter se. et quē religio sotialis alteri sotiali

sit pfectior. et utrum religio eo q artior. sit pfectior

Onsequēs est ut religiosos uitā sotialē agentes discēnam9 & comparem9 q̃ntu3 ad eo4 pfectionē. inter quos ut sancti doctores tradūt. longa admodū differētia est. Na3 ut inqt sāct9 Thomas secūde scđe. q. clxxxviii. differentia rligiois uni9 ad aliū pncipalit qdem attēdit ex pte finis. sic ut una religio ordīetur ad peregrinos hospitio recipiēdos. & alia ad uisitādos uel redimēdos captiuos Secūdario autē ex pte exercitii. qa diuersi modi exercitii st i diuersis rligioib9. puta qa in una religioē castigat corp9 p abstinētias ciboru3 in alia p exercitiu3 operum manualiū. uel p nuditatē uł aliqd aliud huiusmodi. Et qa nō potest aliquid dici altero poti9 nisi scđm illud i quo ab eo differt. ideo excellentia uni9 religiois sr aliā pncipalit quidē attēdit sm religios finē Secūdario aūt scđm exercitiū. diuersimode tn̄ sm eū utraq3 cōpacio attendit. Na3 compatio q est sm finē est absoluta. eo q finis ppter se querit. Compatio autē q est sm exercitium q̃rit nō ppter se s3 ppt fine3. et ideo illa religio pfertur alteri q ordīat ad fine3 absolute potiorem. uel qūia est maius bonū. uel quia ad plura bona dirigit. Si uero sit idem finis. sed secūdario tunc attēdit pminētia religionis non sm quātitatē exercitii sed sm pportinē ei9 ad finem intentū. Unde & incollationib9 patru3 introducit sentētia beati Anthonii. qui ptulit discretionē p quā aliquis omīa moderat & ieiuniis & uigiliis & omibus hui9modi obseruatōib9 Sic g dicēdu3 q op9 uite actiue est duplex. unū quidē qđ ex plenitudie contēplatiois deriuat sic doctrīa & pdicatio. Vn̄ & Greg. dicit in qnta omelia sup Esebiele q pfectis uiris pmo ad contemplationē suā redeūtibus dicit m̄moriā suauitatis tue eructabūt Et hec pfert simplici contēplatioi. sic enī est mai9 illumīare q̃ lucere solum. ita mai9 est contēplata

aliis tradere q̃ solu3 contē plari. Aliud aūt ē actīe uite qd totaliter consistit ī occupacioē exteriori. sic elimosinas dare. hospites recipere & alia h9mōi q̄ sunt mīora opib9 ɔtēplatioīs. nisi fōtē ī casu necessitatꝫ. Sic g̃ summum g̃du3 in religioīb9 tenent. qui ordinātur ad docēdum et p̄dicandū. q etia3 ꝓpinquissimi sunt pfectioī epōꝝ. sic & in aliis rebus fines p̄moꝝ ɔiūgunt̄ p̄cipiis secūdoꝝ ut dicit Dionisius vii. c. de. di. no. Secundū aūt g̃du3 tenet ille q ordinat̄ ad contēplationē. Terciū aūt q occupant̄ ĉca exteriores actiones. In singulꝭ autē his g̃dib9 potest attendi p̄eminētia s̄m q una religio ordinat̄ ad altiorē actū eodꝫ generꝭ. sic int̄ opa actīe potı9 ē redimere captiuos q̃ suscipē hospites. & ī oīb9 opib9 ɔtēplatīe. pōti9 ē orō q̃ lectio. potest etiā attēdi p̄eminētia si una eaꝝ ad pꝭa hoꝝ ordinat̄ q̃ alia. uel conueniētiorꝭ statuta habeat ad finē ꝓpositū consequēdu3. Moderni tn̄ doctores ad eundē intellectū aliter distinguūt. Tres enī g̃d9 fatiūt illoꝝ religio

soꝝ uita3 sotialē agentiū ꝓfertī q ī pauptate uolūta la ꝓpt̄ xp̄m assūptam regularem uitam elegerūt. Prim9 g̃d9 fuit quondā & hodie ē q̄rūdā mōchoꝝ q habētes possessiones in cōmuni de fructib9 & ꝓuētib9 ipaꝝ uiuunt. & de illis sibi & necessariis uite sue ꝓuidēt. Secūdus modus fuit & ad huc ē quorūdā religiosoꝝ. q mundum sp̄nētes de labore maūum suaꝝ uictitant. ac uestiū et alia necessaria sibi ex illo misterio submīstrāt. secūdū quem modū aliq̄ndo paul9 apostol9 uixit: ne offendiculum daret euāgelio. Terti9 g̃d9 est alioꝝ religiosoru3 qui hodie communi uocabulo mendicātes appellātur. qui spūaliibus pricipaliter uacātes. et p̄dicatioī et doctrine insistētes dꝫ his q sibi a fidlib9 offerunt̄. ī uolūtaīa pauptate deo famulātur. De igit̄ ī rligiones habēt īter se differētias et ꝓportiōes. et alie aliis ātiq̄orꝭ sūt et eci strictiōes. s3 q̄ntū ē ad statū uberioris pfectionis. nō dubito ultimā id est mēdicātiū uitā maiorꝫ esse pfectioīs & meriti. ac etiā securitatꝫ ad salu

tem ppter q̄tuor causas su
perius assignatas cuz de ex
cellētia religiose & mōstice
uite in genere actū est. Priō
uidelicz qa tpaliū rez mīo
rem habet sollicitudinē. Se
cūdo qa ad spūalē ɔtēplatio
nem maiorē habz dispositōz
annexā. Tertio qa respectu
maioz bonoz q̄ fidelibus sub
mistrāt. & puā in h̄ seculo re
cōpensacōez recipiūt. Quar
to qa magis xp̄i uitā imitāt̄ &
aplōz. Scbit̄ enī in Luca q̄
mulieres multe sequebantur
xp̄m. mistrātes sibi de facul
tatibus suis. quā aliq putāt ui
tā mēdicantiū. Fortasse ali
qs obitiet q̄ nōnulle religio
nes acrioris uite sūt q̄ mēdi
cātes. ideo uident̄ eminētio
ris atq pfectioris esse status.
Nam dicēdū est ut sācti tra
dunt doctores q̄ istā duo sil
stare possunt. aliquā religio
nē eē artiorē & tn̄ mioris p
fectionis. Quod triplici uia
ōndit̄. Primo p xp̄i exēplū.
Scdo p discipuloz documē
tum. Tercō p eccīe militātis
cōmune expimētū. Priō enī
patz p xp̄i exēpluz. nā nul
li fideliū debz esse dubiū. q̄
nulla regl̄a uel religio artiō
ēsse potest q̄ religio Iohānis
baptiste. de q̄ dicit̄ Mathei
p̄mo q̄ uestimētuz eius erat
de pilis camelōz. esca autē
eius locuste & mel siluestre.
Sup q̄ uerbo dicit Hiero. q̄
miz erat in huāno corpe tā
tam asperitatē uite cōspicē.
Demū nlli dubiū ē. q̄ nlla a
lia religio aut uiuēdi mōs p
fectiō fuerit uita & rligioē xp̄i
Vn̄ Mat. xi. dicit̄. uenit Iohēs
baptista nō māducās nec bi
bēs. et tn̄ dixistis qa demo
nem habet. Venit filius homīs
manducās & bibēs. & dixi
stis ecce hō uorax & pota
tor uini. & iustificata est sa
piētia a filiis suis. Sup q̄ uer
bo dicit Augu. q̄ scti apl̄i i
tellexerūt regnū dei nō esse
i esca & potu. sed in eq̄nimi
tate et uolūtate tolerādi. qs
neq copia subleuat neq de
p̄mit egestas. Et sic patz q̄
rligio xp̄i licz fuerit mius ārta
tn̄ lōge maior pfectiois. Se
cūdo h̄ patz p doctrinā apō
stoloz. tāta. n. fuit apl̄ice ui
te pfectio & eccīe p̄mitie. ut
cūctis possessioībus abdica
tis. oīa haberet in cōmuī et
ptia possessionū ponebant̄
ad pedes aplōz. a q̄ pfectio
nis uia aliq̄tenus posteriores
defecerūt. qa possessiones

in cōmuni licite tñ obseruabant ut alibi latiꝰ diximꝰ. ꝑserti in eo libro quē de xp̄i paupꝑtate edidimꝰ. tetigiꝰ etiā libro defēsorii status ecclesiastici Naȝ expſſe dicit Augu.iii.de doctrīa xp̄iana nllas eccīas gentiū fecisse.qđ tpe ap̄loꝝ factū ē.et tñ mōsteria ex gētibꝰ cōuersis cōgregata et possessioēs i onī seruātes artioꝝ uite fuerūt. q̄ꝫ religio siue statꝰ ap̄loꝝ. Dicit enī Hieroī.in ep̄la ad Eustachiū de cibo uō ⁊ potu taceo.cū etiā lāguētes mōchi aq̄ frigida utāt̄.& coctū aliqđ comedisse luxuria ē.Fuerūt ḡ mōchi ī p̄mitīa eccīa artioꝝ uitē q̄ꝫ ap̄li.sȝ tñ mīoris pfectiōis.qđ patet qꝛ ex eo ꝙ mōchi p̄dctī possessiones i onī seruabāt.Augu.uidet̄ īuer̄ eosꝙāmodo a pfectioē ap̄loꝝ defecisse.Tercō hꝰ ecꝫ cōspicit̄ p militātꝫ nr̄e eccīe expımētū.tenet enī cōmuniter eccīa religionē siue statū epōꝝ pfectiorē esse oī alia religioē tā mōchoꝝ q̄ꝫ alioꝝ.& tñ expimētū docȝ ꝙ q̄libȝ religio artioꝝ uite ē q̄ꝫ religio siue statꝰ epoꝝ. Nō ḡ se comitāt̄ ista q̄ a religio q̄nto artiō tāto pfectiō

